


05

A

2478





I. N. 7.
ANNOTATIONES ANTI-GROTIANÆ
AD
GENEALOG.

GIAM CHRISTI,
SECUNDUM LUCAM:

In Illustri Electorali Saxonica,

Quæ Wittebergæ est,
PRÆSIDE

*VIRO Summè Reverendo, Magnifico, Amplissimo ac
Excellentissimo,*

DN. ABRAHAM CALOVIO,

S.S. Theol. Doctore, ejusdemq; Prof. Publ. Primario fa-
migeratissimo, Ecclesiæ Wittenbergensis Pastore, Circuli Electora-
lis Saxon. Superintendente Generali vigilantissimo, atq; Synedrii Ec-
clesiastici Adessore gravissimo,

DN. Patrono suo Parentis ad instar atatem venerando,
Publico Eruditorum examini sistuntur Disputatione publicâ

M. JACOBO Rößern/ Elector. Alumno,

Colleg. Phil. Adjuncto, Gymnasij Epperientis in Su-
periori Hungaria Historiarum ac Eloquentiæ
Profess. Ordinario Vocato.

In Auditorio Majori, Ad D. Novembris Anni 2915070veias clo lbc LXVIII.

WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS BORCKARDI, Acad. Typogr.



05 A 2478



I. N. J.
ANNOTATIONES
HUGONIS GROTII
AD GENEALOGIAM
CHRISTI,
SECUNDUM LUCAM,
ET ANIMADVERSIONES
AD EASDEM,
Luc. III. 23.

V. 23. ὑὸς Ἰωσήφ τῆς πατρὸς

IN conciliando stemmate quod est apud Matthaeum, & isto, quod Lucas posuit, magnopere sudarunt Veterum & recentiorum scriptorum ingenia: neque id mirum, cum ab hostibus Christianismi tantus in ipso limine dissensus objici his libris quotidie solet. Sed qui gnari sunt morum populi Judaei, sciunt multas esse posse γενεαλογίας, quae pugnare videantur, nec tamen pugnent: idque non uno modo accidere solere, ut ex iis libris, quos Judaei nobiscum agnoscunt facile est probatu. Quum verò multae sint conciliandi rationes, quae sit optima post tot secula, amissis pridem tabulis omnique memoria, difficile dictu est: vereque hic illud vetus locum habet:

Qvi benè conjexit, vatem perhibebo optimum.

Facilimè se hinc expediunt, qui ubi τῆς πατρὸς dicitur filium interpretantur generum, aut etiam non ad Josephum hoc sed ad Jesum referunt, ut ipse sit τῆς πατρὸς, nepos scilicet: sed ut non est negandum generos filios posse dici, ita in generis recensione, nullo addito discriminis signo, quod erat facillimum, rem adeò diversam communi voce indicari,

A

DISPUTATIO PUBLICA, RESP. M. JACOBO NÖSERN / Electorali Alumno, Collegij Phil. Adjuncto & Illustriss. Gymnasij Epperiensis Historiar. & Eloquentiae

Professore P. Ordinario vocato. Textus Grotij.

vix

ANNOTATA

Vir sit credibile. Nec magis patitur ordo ille perpetuus illud τὸ ἡ-
 λὶ referri ad id quod erat remotius, praesertim cum si id ageretur
 verbum ἐνομιζέτο verbum aliud oppositum, puta ἡν δὲ aut simile, po-
 stulareret. Multis nomines fuisse Hebraeos qui dicunt, dicunt quod ve-
 rum est, & multis veteris scripturae locis probari potest. Sed ut in-
 ter Davidem & Salathiellem nullum nomen congruat, neque item inter
 Zorobabelem & sinem stemmatis, praesertim cum ab Abrahamo ad
 Davidem nomina omnia congruant, ex sola τῆς πολυωνυμίας causa
 accidisse non facile concedet, qui iudicio valebit.

Quare multo rectius iudicasse putandi sunt, qui causam diver-
 sitatis hanc adferunt, quod sanguinis & juris successio, modo conveni-
 at, modo discrepet. Illius arbitra est natura: huius lex civilis. Et
 liberi quidem etiam haeredes: sed non & qui haeredes, liberi: cum sae-
 pè agnati à satis remoto gradu ad cernendam hereditatem vocentur,
 quoties propior gradus deficit. Sed qui hoc rectè viderunt, plerique
 existimarunt ne dubitandum quidem, quin Matthaeus naturae ordi-
 nem sequatur, Lucas juris: quippe verba ajunt esse aperta, in Mat-
 thaeo quidem ἐγέννησε, in Luca autem ἐνομιζέτο, quorum illud sit na-
 turale hoc legitimum. Habet hoc speciem veri & fulcitur authorita-
 te antiqui scriptoris Africani. Sed & eum scriptorem in multis re-
 bus non tam diligentia, quam iudicio & linguarum cognitione desti-
 tutum labi probatu proclive est: & quod vim vocum attinet, primum
 illud ἐνομιζέτο non ad totum stemmatis contextum pertinet, sed ad
 Jesum solum qui Iosephi filius non erat, sed vulgo putabatur: in cae-
 teris autem ἐνομιζέτο locum non habet, nisi dicere lubeat, & Davi-
 dem νομιζέτωσιν filium Jesse & Jesse filium Obed atque ita deinceps cae-
 teros ad Adamum usque.

Ego vero non conjecturis, sed liquidis, ni fallor, rationibus ad-
 ductus, certissimum arbitror à Matthaeo spectari juris successionem.
 Nam eos, qui regnum obtinuerunt, quod erat τῶν πρῶτογονῶν, priva-
 to nemine admixto, recenset. Deinde ἰσχυρίας, inquit, ἐγέννησε
 τὸν Καλαθὴν. Atqui eundem Jechaniam ob sua merita sine liberis
 hac vita exiturum non obscure Dei imperio praedixerat Jeremias
 XXII. 30. Quare cum eidem Salathieli (nam cur diversos pute-

mus

AD GENEALOGIAM

mus non video) Neri parentem ascribit Lucas, privatum hominem
 Mattheus autem Jechoniam, apertissimum est à Luca jus sanguinis,
 à Mattheo jus successione, & precipue jus ad regiam dignitatem spe-
 ctatum: quod jus, sine liberis mortuo Jechonia, & si qui alij erant è
 Solomonis posteris, ad Salathielem caput familiae Natbanis legitimo
 ordine devolutum est. Nam inter Davidis filios Solomonem Na-
 than sequebatur. quòd enim quidam in Achazia defecisse Solomonis
 posteritatem putant, non nisi sacra historia loco repugnat. Sed con-
 donandus ille error est non tam hominibus, quàm seculo miserè de-
 cepto ab Annianis Pseudophilonibus.

Quòd autem diximus, verum esse ostendit scriptor Paralipo-
 menon, qui cum rem notissimam de Jechonia sine liberis mortuo i-
 gnorare non posset, Jechonia filium facit Assir, Assiris aut ipsius Je-
 chonia (ambigua enim constructio est) Salathielem l. 1. c. III. 16.
 malo enim cum Hebraeis & LXX. $\gamma\omicron\upsilon\lambda$ pro nomine proprio quàm pro
 appellativo accipere, cum & ipsa, ni fallor, constructio id magis exi-
 gat. Filium ergo dicit juris successorem, nam cum in modum solet
 $\gamma\epsilon\nu\epsilon\alpha\lambda\omicron\gamma\epsilon\iota\nu$. Neg. id ipse ignorare nos patitur. Nam paulo ante e-
 odem loco filium Jechoniae fecerat Sedeciam: quem ejusdem Jecho-
 niae patrum fuisse negari non potest, cum manifestum habeamus te-
 stimonium II. Reg. XXIV. 19. quo loco cum Hebraea lectio nihil ha-
 beat ambiguitatis, Græci codices quidam habent rectè $\pi\alpha\tau\epsilon\rho\delta\epsilon\lambda\phi\omicron\nu$,
 quomodo & Josephus in hac historia, alij ex loco Paralipom. $\upsilon\iota\omicron\nu$.
 Sicut ergo filius Paralipomenon Scriptori dicitur qui juris est succe-
 sor, etiam patruus, ita Mattheo $\gamma\epsilon\nu\upsilon\alpha\upsilon$ dicitur qui heredem ali-
 quem relinquit: juris scilicet fictione. Sicut & adoptivos paren-
 tes Latini per similem $\kappa\alpha\tau\omicron\chi\epsilon\theta\iota\upsilon$ genitores vocant. Et Hebraei
 quod plus est, genitum ex fratre mortui vocant ipsius mortui semen.
 Simili modo $\tau\epsilon\kappa\nu\omicron\pi\omicron\iota\eta\sigma\alpha$ $\delta\epsilon\alpha$ Xenophonti in Laconica republica is
 dicitur, qui alium virum ad uxorem admittit, ut ipse secundum La-
 conica instituta partus pater dicatur. Similiter Augustum natum
 Caesaris vocat Ovidius initio Metamorphoseon. Germanicus autem
 Augustum genitorem suum in carmine Arateo. His accedit insuper
 quod vox Hebraea $\gamma\omicron\upsilon\lambda$, quæ per $\gamma\epsilon\nu\upsilon\alpha\upsilon$ exprimitur, extra originis s-

ANNOTATA

res usum suum late porrigit, ita ut res gesta alicuius vocentur
 תורת Hellenisticis, qui Hebraismos amant sequi, γένεσις ut Gen. VI. 9.
 Num. III. 1. & alibi.

Quum ergo in Salathielis persona apertissimum sit jus succes-
 sionis à Matthæo respici, à Luca vero jus sanguinis, si qui alibi Mat-
 thæum ad jus sanguinis, Lucam ad jus successionis more desultorio
 transgredi dicunt, non video quas adferre possint probabiles ejus
 inconstantiæ causas. Africanus, ut dixi, sedulus magis quam exacti
 per omnia iudicij, dum vocibus illis ἐγέννησε & ἐνομήσθη plus æquo
 innititur, & deceptus ipse est, & sequentium multos traxit in erroris
 sui assensum. Nam scriptor responsionum ad orthodoxos, Eusebius,
 Nazianzenus, atq; alij velut agmine facto ipsum sequuntur, & Eli à
 Luca nominatum volunt patrem esse Josephi jure legitimo, Jacobum
 autem Matthæo nuncupatum patrem ejusdem jure naturali: cum
 rationes à nobis superius allatae contrarium potius persua-
 deant.

Adde his quod Lucas ad Adamum naturalem omnium sato-
 rem genus perducit: Matthæus autem ab Abrahamo incipit, à quo
 incipiunt αἱ σπέρματ' Ἰσραὴλ unde jus potissimum oritur. His & illud
 accedit, quod Luca numerus multo est plenior quam est Matthæi.
 Nam Lucas inter Salathielem & Josephum novendecim, ut vulgatae
 habent editiones, ut nos censemus septendecim personas numerat,
 cum decem tantum recitet Matthæus, quod manifestum est indicium,
 aliquot personas à Matthæo omissas. Quis enim credat ex dua-
 bus familijs ab eodem tempore ad idem tempus hanc alterum tantum
 habuisse γένεσιν quam illa haberet? Omnino est hoc incredibile. Sed
 ipse Matthæus non numerari à se personas, sed generis summam bre-
 viter indicari in τὸς ἀγῶνες ἡγὰρ δέκαδες tres memoria causa digestam
 satis aperte profitetur. Nam & inter Joramum Regem & Oziam
 qui Azarias, Achaziam, Joam, Amaziam, silentio transmittit: nempe
 ut ordini ad memoriae facilitatem instituto consulat; quod in ju-
 ris successione demonstrandâ parum refert. Nam, ut dici solet, hæ-
 res hæredis mei hæres meus est. At qui naturalem seriem sequi ve-
 lit, quod facit Lucas (eam enim ob causam à Davide ad Salathielem

ns 93

AD GENEALOGIAM

resq; privata fortuna homines memorat, ne ab eo ordine discedat)
 eum decet de gradu ad gradum, qua sanguis ducit, progredi, quod eū
 fecisse non dubitamus. Ac si quis tempora rectè putet à Zorobabele ad
 Christum, videbit, secundum id quod plerumq; accidit, totum id tem-
 pus personis ab illo recitatis rectè expleri: à Matthæo non item. Quare
 hinc quoq; discimus, à Matthæo τὸ νομικόν, à Lucâ τὸ Φυσικόν spectari.

Sicut autem hætenus ab Africano compellor discedere, ita non
 omnino spernendum arbitror, quod ab illo traditum, & quo nihil
 habemus antiquius. Laudabat ille ejus narrationis auctores con-
 sanguineos Domini nostri, quos ob id Δεσποσύνης vocabant. Sed
 intervallum temporis quod inter Christum & Africanum intercedit
 facile patitur aliquam famæ adulterationem. Magis tamen credo
 ipsius Africani interpretatione corruptum quod rectè acceperat, dum
 servare studet illi ἑσθῆος, quam sibi præfixerat, spectatum à Mat-
 thæo naturæ ordinem, leg' à Lucâ. Cui conjecturæ meæ fidem ha-
 beri nolo, nisi ipse dictis suis fidem sibi destruit. Mathan, inquit, à
 Solomone ducens genus uxorem Estham duxerat, & ex eâ filium ge-
 nuerat Jacobum. Eadem Estha mortuo Mathane nupsit alteri viro
 Melchi è posteritate Nathans & ex eo Elin genuit, Eli sine liberis fun-
 cto Jacobus frater ejus non quidem consanguineus, sed uterinus, id est,
 ὁμομήτης & ex lege viduam duxit, ex quâ natus Josephus natura
 fuerit filius Jacobi, lege τῆς ἡλῆ. Hic multa errari quis non videt?
 Nam lex τῆς Παναμβρέσεως ad conservanda familiarum jura per-
 tinebat. Familiæ autem ex agnatione censentur, quare Eli sine li-
 beris functo prolem ei gignere debuit, non uterinus, qui agnatus non
 erat, sed proximus ejusdem familiæ ac nominis. Neg; si uterinus
 spontè id officium præstisset, propterea filius ex demortui nomine
 censeret, & in stemma referri ullo jure potuisset. Quare ut verum
 sit, Melchim & Mathanem eadem usos uxore, id ad concilianda hæc
 stemmata valere non potest.

Est & alia traditio vetus, Epiphânio memorata: Josephum
 hunc nostrum filium fuisse τῆς Ἰανῶβ, Πηνελην δὲ πάνθηρ καλεμέ-
 νης: quod omnino spernendum non puto: nam & ipse Josephus ap-
 pellatus eodem cognomento. Quippe & Celsus Mariam ait conce-

ANNOTATA

πίσσε δ' ἰστίω & πᾶνθῆρα τῶνομα, quod à Judæis baud dubiè acceperat. nam ijdem Jesum Dominum nostrum filium Panther appellant, ut in libro מרש קהלה & in libro עבודת ה' זרה, manavit ad posteritatem & alia fama Græcis scriptoribus memorata, Maria patrem dictum Jebojakimum, ei patrem Pantherem, Pantheri patrem Barpantherem, Barpantheri Levin Melchi filium, quod non est temerè improbandum. Nam cum res ipsa loquatur, ut alibi ostendimus, Mariam fuisse Πικληρα, ac proinde κληρων εἰς τὸ ἀναγκασάντων, ut rectè loquitur Epiphanius, nupsisse proximo agnato, sequitur propinquo gradu junctos inter se fuisse Josephum & Mariam: quamobrem & ex Josephi stemmate genus Maria descendum nobis proponitur. Id autem apparebit verissimum, si dicamus, ut illa significat narratio, eundem Levin patruum fuisse Josepho, Maria verb abavum. Quod autem Panther & Barpanther appellantur Maria avus & proavus, eò factum arbitror, quòd cognomen gentilitium positum sit vice nominis per immemoriā oblitterati, ut fieri solet. Omnino enim Panther videtur commune fuisse vocabulum eorum, qui à Melchi descenderant, forte & longiori parentum serie à Maccabaicis usq; temporibus deductum ex rei alicujus memorabilis eventu. Cæperant enim illis temporibus cognomina quadā gentilitia usurpari, sive ex nomine progenitoris, ut cognomen Hasmonæorum, sive ex casu aliquo. Jam quod, collectis in unum traditionibus, atq; ita acceptis, ut nec cum Matthæo nec cum Lucā dissentiant, vero simillimum mihi videtur, subjiciam legentium iudicio, testatus quod jam dixi, arbitraria hæc esse, non explorata.

Verum puto quod οἱ δεσπόσοι Africano dixerunt Estham primum Mathani, deinde Melchi conjugem fuisse, itaq; eos esse ὁμοχρῆνς. In Mathane autem extinctam stirpem naturalem Abiudis, quæ prima erat stirpium prosatarum ex Zorobabele. Quare ex lege vidua matrimonium ad sobolem in nomen mortui excitandam debitum ei, qui princeps esset familiæ secundæ per Resam ab eodem Zorobabele venientis. Atq; eum fuisse Melchim, qui Jacobum genuerit, patris naturalis cognomine dictum vulgo Pantherem, legis autem æstimatione filium Mathanis mortui & juris omnis successoris.

rem.

AD GENEALOGIAM

rem. Hujus Jacobi sine liberis functi jus devolutum ad Josephum : atq; ita Josephum dici Jacobi filium, non ex lege τῆς ἀπικαμβρῶσεως, sed quòd hereditas ejus ad ipsum pervenisset, quomodo Sedecias est filius, ut diximus, Jechonia. Erat autem Josephus, si rectè rationem puco, filius fratris Jacobi, ac proinde Jacobus Josephi patruus. Mariam autem, cum ab altero Melchis filio veniret, & esset Πικληρῶ, nuptam Josepho, quia nemo exstabat propior ad cuius tutelam confugeret.

His nodis expeditis, una videtur restare difficultas, quomodo & Matthæo & Luca Zorobabel dicitur Salatbielis filius, cum Panslipomenon scriptor eum dicat Pedaja filium, qui frater videtur fuisse Salatbielis. Mihi planum videtur non agi ibi de Ethnarchâ Zorobabele, quem Salatbielis esse πρῶτον omnibus erat notissimum, sed de alio gentis ejusdem, qui inter cæteros regie stirpis nominatur. Nam & liberi ejus Zorobabelis alia habent nomina quàm quæ aut apud Matthæum aut Lucam exstant : ita ut ad solutionem naturalis & legitimæ successionis confugere hic non liceat. Et apud Esdram, Nehemiam, Aggeum, Zorobabel Ethnarcha nusquam Pedaja, semper, ut hic tam Matthæo, quàm Luca, Salatbielis filius dicitur. Atq; ita eum sæpè appellat Josephus diligens harum rerum inquisitor. Huic autem Zorobabeli amplissima à Deo factæ erant promissiones de regno in eius posteritate firmando, unde in ejus personam non minus quàm in Davidis & Abrahami concurrunt Matthæus & Lucas. In his autem quæ ante diximus, ita rem exposuimus, quasi duo illa nomina Matthæi & Levi inter Elin & Melchin in contextu Luca non extarent : cujus nostræ existimationis, ut & omisi Cæinanis, cause mox suo loco reddentur.

Sed cum magis veritas oculatâ fide quàm per aures animis hominum insigatur (ut Jurisconsulti loquuntur, cum de gradibus agunt cognationis) utramq; tam Matthæi quàm Luca lineam spectanda exhibebo, Matthæi dextro, Luca sinistro latere, in medium spatium rejedis nominibus, quæ uterque memorant. Quas autem Personas Matthæus omisit, ut τὸς ἀπεσκαδὲκαδας suas rotundaret, eas alio literarum genere subjiciam : eodemq; subtexam Mariæ Stemma.

ADAM

ANNOTATA.

ADAM.
SETH.
ENOS.
CAINAN.
MALELEEL.
JARED.
ENOC.
MATHUSALA.
LAMECH.
NOE.
SEM.
ARPHAXAD.
SALA.
HEBER.
PHALEC.
RAGU.
SARUCH.
NACHOR.
THARE.

ABRAHAM.
ISAAC.
JACOB.
JUDA.
PHARES
ESROM.
ARAM aut RAM.
AMINADAB.
NAASSON.
SALMON.
BOOZ.
OBED.
JESSE.
DAVID.

SALOMO.

NATHAN.
ROBO.

AD GENEALOGIAM

ROBOAM.

ABIA.

ASA.

JOSAPHAT.

JORAM.

ACHAZIA,

IOAS.

Amasia.

OZIAS, qvi & AZARIAS.

JOATHAM.

ACHAZ.

EZECHIA.

MANASSE.

AMON.

JOSIAS.

JECHONIAS, id est Jehojakim.

JECHONIAS alter: sine liberis mortuus.

SEDECIA, patrus & hæres Jechoniæ postero.

ASSIR, post Sedeciam Jechoniæ hæres. (ris. NERI,

MATTATHA.

MAINAN.

MELEA.

ELIAKIM.

JONAN.

JOSEPH.

JUDA.

SIMEON.

LEVI.

MATTATH.

JORIM.

ELIEZER.

JOSE.

ER.

ELMODAN.

KOSAM.

ADDI.

MELCHI.

(ris. NERI,

SALATHIEL Neri filius hæres Assyris & Jechoniæ.

ZOROBABEL Salathielis filius & hæres.

ABIUD.

ELIAKIM.

AZOR.

SADOC.

ACHIM.

ELIUD.

ELEAZAR.

Ανανυμ

Ανανυμ

Ανανυμ

Ανανυμ

RESA.

JOHANNA.

JUDA.

JOSEPH

SEMEI.

MATTATHIAS.

MAATH.

NAGGA.

ESLI.

NAUM.

AMOS.

Ανανυμ

B

ANNOTATA

Ανώρου

Ανώρου

Ανώρου

MATHAN prior maritus Esthæ sine liberis mortuus.

JACOB. qui & Panther. Matthanis filius legalis ex Estha. frater Elis & Levis natura.

MATTATHIAS.

JOSEPH.

JANNA.

MELCHI. posterior maritus Esthæ, pater naturalis Jacobi.

ELI. LEVI

JOSEPH, filius Eli natura, Jacobi hæres. Mariæ agnatus proximus.

I.
BARPANTHER.

I.
PANTHER

I.
JEHOIAKIM, qui & Eliakim.

I.
MARIA Josepho nupta.

Aliquot personas, quarum non exstant nomina inter Zorobabelis & Christi tempora interposui, quia sine illis expleri tempora satis commodè non possunt. Neq; id novum in Matthæo, cum, ut dixi, tres Reges continuos omittat. Quot hic omisi fuerint difficile dictu est, cum sæpè eodem temporis spatio familia inter se comparata yevæc habeant una aut altera plures & pauciores, quod in omnibus stemmatibus videre est.

Quia verò Maria ab avus Levi vocabatur, inde natus est error veterum existimantium Christo ex natalibus etiam acquisitum jus Levitici sacerdotij: in quo multa sunt reprehendenda. Nam nomina quod attinet, ea communia erant tribubus omnibus, ita ut & Levita Judas & ex Juda genitus Levi diceretur, quod nemo mediocriter in istis literis versatus ignorat. Deinde verò Jus Levitici Sacerdotij non potuit nisi per mares ex maribus, ut Romani loquuntur, deferri.

Quandò

AD GENEALOGIAM

Quantò fuerat satius credere divino scriptori ad Hebraeos disertè neganti tribum Juda, ex quâ ortus est Jesus, ullum habere jus succedendi in sacerdotium: & propterea Christi pontificium non esse Leviticum, sed ἀπαρχάτων regale quale Melchisedeci fuerat. Illud addam, omninò me arbitrari Luca stemma petatum ex tabulis publicis: nam in ijs genera accuratè admodum describi ac custodiri ad excidium usq; solita Josephus testatur.

AD ANIMADVERSIONES ANTI-GROTIANAS

Ἐισοδος.

Non satis pia est, ne quid gravius dicam, Calviniani Doctoris Abr. Sculteti, quam in Exercitationibus Evangelicis l. i. c. xli. euomuit, sententia: *Regula, inquit, Oeconomica est: E-* Sculteti
minus pia
sententia.
mas non quod opus, sed quod necesse est. Regula Theologica est: Disce necessaria, mitte non necessaria. Locum hoc habet vel maximè in Genealogiâ Christi, quam legenti hæc, & illa dubia occurrunt, de quibus anxie disputandum non est. Quid enim ad pietatem? Nec Evangelistæ ipsi sequuti sunt ἀνεπίβειαν. Non necessaria, mittenda, vel negligenda duxit, quæ in Genealogiâ Christi occurrunt, dubia: sine quibus verò scripturæ veritas constare per omnia non potest. Quæ in sacrarum literarum lectionem, collationem, conciliationem, interpretationem impenditur opera quomodo non erit necessaria? Quomodo negligenda, vel mittenda? Ad pietatem sine dubio faciunt omnia, quæ Spiritus Sanctus ipse, Optimus Pietatis Magister, Scripturæ ad pietatem nos erudienti, inserta voluit, cuius iudicio piè acquiescendum. Longè utiq; religiosius de Scripturâ senserunt Rabbini, etsi cæci ductores in Scripturis: nullum esse in S. literis apicem, a quo non pendeant magni doctrinarum montes. Quo verò pacto excusari potest, quod arguere veritus non sit Scultetus Evangelistas, quod sequuti non sint ἀνεπίβειαν? Redundat enim hoc ἔγκλημα in ipsummet Spiritum Sanctum, cuius amanuenses illi fuerunt. Nec sanè

ANNOTATA

ideo oleum & operam perdunt, qui prout par est, scrutantur Genealogiam Christi, quod perdiderit Sylvester quidam Stejerus Leovalla Silesius, quem Theologum Senem Scultetus omnem aetatem contrivisse, ait, in enucleanda Christi genealogia, tandemq; opus suum Praga Anno cIo 1oc XLIV. publicasse, sed quod situm multorum non restinxit, verum auxerit. Num perdidit etiam Francisc. Gomarus, num Friedericus Spanhemius, aliiq; omnes, qui inter Reformatos seduli in eo studio fuerunt? Neq; verò opera omnis Theologorum, veterum aequè ac recentiorum, qui in conciliando Mattheo, & Lucà allaborarunt, frustra ea censenda, quod Theodorus Beza in Codice quodam hanc Genealogiam sicut apud Matthæum descendendo, sic in Lucà ascendendo, iis tantum adjectis, quos Matthæus in tessera decadibus constituendis præterierat, ad Salomonem, non ad Nathanem, cœteris sursum ad Adamum usq; invariatis, deductam invenerit, hac videlicet serie, ἡὸς Ἰωσήφ, τῆ Ἰακώβ, τῆ Μαθάν, τῆ Ἐλεάζαρ, τῆ Ἐλισδ, τῆ Ἰαχέιμ, τῆ Σαδών, τῆ Ἐλιακεκὰ, τῆ Ἀβιδ, τῆ Ζορβαβέλ, τῆ Ἰωσία, τῆ Αιώς, τῆ Μανακεί, τῆ Ἐζεχία, τῆ Ἀχάς, τῆ Ἰωθαμ, τῆ Ὀζεία, τῆ Ἀμασις, τῆ Ἰνὰς, τῆ Οχοζις, τῆ Ἰωράμ, τῆ Ἰωσαφάτ, τῆ Ἀτῶ, τῆ Ἀβιά, τῆ Ροβοάμ, τῆ Σολομών. Mirari potius oportet, quod & Beza, & Scultetus conjecturæ illi indulgeat, depravatam esse à Judæis, ipsis Evangelistarum temporibus, Genealogiam Christi, eamq; fraudem à plerisq; non animadversam facile obtinuisse: quod nec constanti Codicum reliquorum consensui, veterum interpretationum pariter consentientium, & Patrum hanc Genealogiam tractantium συμφωνία roborato, nec divinæ providentiæ ullatenus congruit: ideoq; à Spanhemio meritò reprobatum fuit dub. XXII. sub finem. Sed misso Sculteto convertimus nos ad Grotium, divinationes ejusdem in hâc causâ, paritèr & ea, quæ pro certis ac liquidis rationibus innitentibus, venditat, brevibus examinaturi.

ANI-

AD GENEALOGIAM
ANIMADVERSIONES.

§. I. Rectè autem observat initiò Grotius, multas dari γενεαλογίας, quæ pugnare videantur, nec tamen pugnent, testibus ipsius Judæorum libris, ac difficile esse, post tot secula, amissis pridem tabulis, omnig, memoriâ veram invenire conciliationem. Sed non ideò desperandum de conciliatione, neq; conjecturis, aut commentis propriis indulgendum, multò minus in eorum gratiam Scripturæ verba torquenda, aut vexanda, minimè omnium tricola, incerta, ἀνὴ γράφα pro liquidis, certis, Scripturæ consentaneis venditanda.

Genealogia nō statim pugnāt, quæ videntur pugnare.


§. II. Jam cum diversas adferat Grotius conciliandi rationes, non certè optimam aut facillimam elegit. Facillimè se expedire agnoscit, qui ubi Joseph τῆ ἡλὶ dicitur, generum intelligunt, aut etiam non ad Josephum hoc, sed ad Jesum referunt, ut ipse sit τῆ ἡλὶ, nepos scilicet. Nec tamen sententiæ illi, quam nodis pluribus expediendis commodissimam fatetur, calculum adjicit, etsi magnorum virorum autoritate comprobata sit.

Explicatiōni, quam promptissimam agnoscit Grot. non acquiescit

§. III. Quod verò vix credibile videatur Grotio, in generis recensione, nullo addito discriminis signo per genitivum τῆ modò filios modò generas dici, commodius sanè, & verisimilius multò est, nudum illud pro nomine τῆ, quod commune ac generale est, diversimodè accipi, quam vocem ἐγέννησε specialem apud Matthæum in recensione Genealogias tam disparato sensu intelligi, ut in plerisq; generationis notionem obtineat, in nonnullis so- lam successionem denotet, quæ nunquam eâ voce exprimitur, nec exprimi potest.

de Josepho genero, aut Jesu nepote Eli. vane exceptiones ejusdem.

§. IV. Neq; inconueniens est illud τῆ ἡλὶ ad remotius referri, modò verba, ὡς ἐνομιζέτο υἱὸς Ἰωσὴφ legantur ceu πατρὸς γενεῶν, cui lectioni favet, quod illa cohæreant, nec commate, interjecto ad verbum ἐνομιζέσατο, disjungantur, atq; ita etiam legantur à Syro, quam interpretationem, post Augustinum, probat Theodatus in versione Bibliorum Italicâ, Francisc. Junius, Immanuel Tremell. in annotat. ad Luc. III. & Frideric. Spanhemius



ANNOTATA

part. I. Dub. Evangel. XX. p. 24. nec non *B. Hulfemann.* in Gen. X. v. 22.

§. V. Alteram conciliandi rationem, quod *multinomines omnes inter Davidem & Salathielem interjecti fuerint*, item *inter Zorobabelem & finem Stemmatum*, cum ex adverso ab Abrahamo ad Davidem nomina omnia congruant, non immerito reprobatur Grotius. De qua Vid. *Augustin.* l. II. Quæst. Evangel. c. V.

§. VI. Neq; abnuimus, quod præferenda illi sit eorum *An Mariæ* sententia, quæ *tertio* à Grotio adducta loco, qui causam *diversitatis in diversitate successionis sanguinis & juris* quarunt, etsi *etiam gene-* dem acquiescendum esse, haud censeamus. Verior enim, *no-* alogia *an*stro iudicio est, illa Evangelistarum conciliatio, quod *Mariæ* hic *v. Josephi?* textatur Genealogia, quàm quod *Josephi* ab utroq; Evangelista Matthæo, & Lucâ recensitum sit genus sub hoc discrimine, quod alter *naturæ* sequutus fuerit ordinem, alter *juris*, quam cum *Iob. Clichtov.* in Damasc. *Salmerone; Maldonato, & Calixto* amplexus est Grotius, & è veteribus, *Julio Africano* præeunte, inierunt *Ambrosius* in Luc. III. *Anselm.* in Matth. *Eveberius* in quæstion. in Nov. Test. *Damascen.* libr. de Orth. fid. cap. 15. In quâ explicandâ, quum non conveniant autores, aliis *Matthæo naturæ* ordinem tribuentibus; *Lucæ ordinem juris* cum *Damasceno & Niceta in catenâ:* aliis cum *Ambrosio* hoc invertentibus. Grotius *Africani* autoritate in *priorem* sententiam illos inductos putat, ipse verò *posteriores* præfert. Quod verò *Africani* sententiæ opponit, *Lucam* τὸ ἐνωμι εἶναι non ad totum *Stemmatum* contextum, sed ad *Jesum* solum, qui *Josephi filius* non erat, sed *vulgò putabatur* referre, dicturi fortassis *Africani* sectatores sunt, nequaquam id se velle, quod *omnes* antecessores Christi *legales* sint apud *Lucam*, sed quod *unius* solum, nimirum *Josephi*, quodq; id sufficiat ad conciliationem, quod *alij* fuerint *maiores Heli*, quos *Lucas*, alii *Jacobi* quos *Matthæus* commemorat. Quæ *Maldonati* est responsio in Matth. I. col. 28.

§. VII. Quod porro ad *Grotianam* sententiam, cui cer-

riss?

AD GENEALOGIAM

tiffimum est, à *Matthæo* juris successionem spectari, non liquidis ra- *An Mat-*
 tionibus ea, uti jactitat, innicitur, sed meris conjecturis. Ut mi- *thæo* juris
 rari adeò oporteat, quod tam pronus in eam pedibus iverit *Dn. successione*
D. Georg. König in vindictis sacris disp. XXXIII §. 6. seqq. è no- *jolum spe-*
 stris, & è Jesuitis *Petrus Porfinus* in Diallactico Theogene alog. *clarit?*
 p. 541. qui verò *Corderium* potius, quam *Grotium* sequutus
 est: quem *Grotius* ipse prævium habuit. *Grotius* e-
 nim *Possino* est homo libertatis pene *Academice Sectæ*
ἀντιέξοις, καὶ ἀντιπευθὺν pag. 558. Nam quod primò urget
Grotius: *Matthæum* privato nomine admixto eos solùm recensere, *Grotij af-*
 qui regnum obtinuerunt, quod τῶν πρῶτων οὐκ ἴσταν fuit, id factum non firmantis
 ob successionem juris, sed sanguinis, & quod concurrat in illâ Sa- *raciones.*
 lomonis lineâ utraq; successio. Argumentum hujus rei evi- *I.*
 dens est, quod ubi sola successio, non verò genemtio, vel immedi-
 ata vel mediata locum habet, personæ succedentes non recen-
 sitæ sint; uti probat exemplum *Sedecia*, qui surrogatus est non
 in locum *Jojakimi* parentis, sed patru *Jechonia*, adeoq; à *Mat-*
thæo prætermittus est; quod etiam *Asfiri* exemplum doceret, si de loco 1.
 illud personæ nomen esset, ut vult *Grotius*: *Asfirum* collocans *Par. III. 17.*
 post *Sedeciam*, ceu *Jechonia* heredem successionem juris, non sangui-
 nis. Sed nomen *ἸϛΝ* ut rectè observat *R. Mardochai Nathan*
 appellativum non proprium est, atq; idem notat, quod *ἸϛΝ* h.
 e. vinctum & compeditum. Ita enim textus habet: & filij *Je-*
chonia *ἸϛΝ* vincti *Sealtiel* filius ejus, cui consonat *Matthæus*, &
Jechonias genuit post captivitatem *Sealtiel*. Atq; ita reddunt lo-
 cum *Chronicorum B. Lutherus, Piscator, Genevenses Italica ver-*
sio, Latina Junij & Trémellij &c. Porro annon apertè fallum
 est illud *Grotij*, quod à *Matthæo* recensiti omnes regnum obtinue-
 rint? Num etiam *Abiud, Eliakim, Azor, Matban, & Jacob*, qui
 in genealogiâ *Matthæi* referuntur, imperio potiti sunt? Annon
 prædixerat jam *Ezechiel* Propheta, non solùm coronam, sed eti-
 am *Cidarim* ablatum *iri c. XXI. 32.*

§. II. Quod secundò urget *Grotius*: *Jechoniam* ob sua *II.*
merita sine liberis decessisse Jer. XXII. 30. Ideoq; illa Matthæi Jer. XXII.

1eXo-30.

ANNOTATA

Ἰεχονίας ἐγέννησε τὸν Σαλαθιήλ non posse de generatione intelligi, sed successionem in jure regiae dignitatis indigitare, ejus vis omnis in sensu alieno verborum Jeremiae sita est. Vox enim יררי non tantum orbum liberis notat, sed destructum vel infelicem & miserum, quam Aquilae secunda editio per ἀνάυζυτον non crescentem, LXX. & Theodotio per ἐκκύρητον exponunt, quod Hieronymus abdicatum, & abominabilem reddidit. Sixtus Senensis l. IIX. Bibl. Jeremiam loqui ait; non de orbitate prolis, sed de orbitate regni. Quem sensum confirmant verba sequentia, quae per ἐπεξήγησιν addita sunt. Non prosperè ager vir de semine ejus. Nam מלך est prosperè ager. Quia posteri Jechoniae fastigio regio exciderunt, & in statum inferiorem redacti sunt, illumq; maximam partem luctuosum, & variis calamitatibus expositum. Huc etiam abiit Hieronymus, cujus haec sunt ad locum Jeremiae citata: Natus est de Joakim Jechonia, de Jechonia Salathiel, de Salathiel Zorobabel, & per ordinem venit ad Christum. Sed in diebus Joakim non successit ei Rex filius, sicut ipse Patri successerat, sed fuit in captivitate, & Salathiel, & Zorobabel, & usq; ad Christum nullus regiam obtinuit potestatem. Franciscus Gomarus de Genealogia Christi adhuc aliam affert solutionem distinguendo scil. tempus ante captivitatem exactum à tempore captivitatis, quod Jechonias improles fuerit ante captivitatem, non post. Minae verò Jeremiae XXII. fuerint non absolutae, sed subintellecta tacita pertinacia conditione, quae desinente & à carcere fuerit exemptus, & Sobole donatus Jechonias: ut taceamus, quod nonnulli, qui omnem potestatem vi hujus maledictionis, abrogatam posteris Jechoniae dicunt, ita diversos esse Salathieles & Zorobabeles Matthaei & Lucae censeant, ut illi è Jechonia orta privata vexerint, potestate Ducali translata in Salathielem & Zorobabelem, oriundos ex linea Nathanus. Collatio certè loci Matthaei cum libro Chronicorum luculenter docet Salathielem quendam genitum fuisse à Jechonia sive idem in regimine ipsi successerit, seu minus. Nam & autor libri Chronicorum filium Jechoniae, dicit fuisse Salathiel & Matthaeus Evangelista dicit Jechoniam genuisse Salathielem.

AD GENEALOGIAM

elem. Quæ quum clara sint & manifesta, nullatenus ita elidî
possunt, ac si per κατάχρησιν solùm genitus à Jechoniâ, & filius
Jechonia dicatur, quia eidem in regimine successit. Nam eum in
in modum γενεαλογεῖν Scriptorem Paralipomenon, dicit Grotius,
idoneis exemplis probare non potest: multò minus id in recen-
sione Stemmatum Christi S. Matthæi locum habet, quem vocem
ἐγέννησε tam improprie usurpasse, ut solam in regimine successionem
notet, cum Christi genus & prosapiam exhibet, nullo modo ve-
rissimile sit.

§. IX. Quod verò putat 1. Paralip. III. Sedeciam filium
Jechonia dici, qui ejusdem πατράδελφου vel patruus fuerit, te-
ste libro Regum posteriori c. XXIV. 19. fallitur alienâ interpreta-
tione loci Chronicorum, cujus verba ita habent v. 16. Et filiè
Joachimi, Jechonia filius ejus, Sedecia filius ejus. Non ibi Sedecia
filius Jechonia, sed frater dicitur, & uterq; Jechonias & Sedeci-
as filii Joachimi constituuntur: præter quem verò Sedeciam
fratrem Jechonia, adhuc alius Sedecias vers. 15. commemoratus
est; Jechonia πατράδελφου Josie filius, Matthias dictus 2.
Reg. XXIV. 17. quos duos ejusdem nominis confundit Grotius.
Neutrum commemoravit Matthæus, quia neuter ad genealogi-
am Christi pertinebat, nec frater, nec patruus Jechonia, unde
manifestum est, Matthæum non spectasse successionem juris in re-
giâ vel agnatâ dignitate, sed successionem sanguinis, uti antea mo-
nuimus.

§. X. Ex quibus expediri jam facile possunt, quæ Dn. D. Expediun-
Georg. König pro Grotio, adversus alios nostrates Theologos, l. tur ea, quæ
c. adduxit: Nimirum probare voluit, verbum γεννᾶν, quod à B. D. Kö-
Matthæus adhibuit, non semper præsupponere Patrem naturalem, nig. pro
sed quandoq; admittere etiam adoptivum; idq; exemplo Jechonia sententiâ
satis perspicuum evadere putat: de quo legitur Matth. I. 12. quod Grotij ad-
genuerit (ἐγέννησε) Salathiel: at Salathiel Luc. III. 27. verus ducta.
Nerifuit filius, Jechoniae duntaxat hæres, siquidem de filiis Jechonia De Verbo
proprie sic dictis expressè extet, quod nemo de semine ejus fessu- γεννᾶν.
rus sit super solium Davidis, aut dominaturus ultrò Jehudah

C

Jer.

ANNOTATA

Jer. XXII. 30. cum de Salathiele contrarium legatur, quod fuerit Dux Judaici populi Esdr. IV. c. V. v. 16. Quia tamen deficiente posteritate Salomonis in Jechoniâ ad Salathielem filium Neri ex Nabianis familiâ adhuc superstitem principalis dignitas legitimo ordine devoluta est, dictus est Jechonias eum genuisse, h. e. heredem ipsum reliquisse, & jus successionis, præcipuè verò jus Principatus ad eum transmisisse. Hæc Königius: Quæ verò calculum minimè merentur. Nam 1. verbum γεννᾶν propriè generationem notat: à qua vocis proprietate, citra gravissimam rationem, discedendum non est. 2. in aliis generationibus id propriè accipitur à Matthæo in hâc genealogiâ: Cur ergò hic solum adhibuisset id Matthæus tam impropriâ significatione de adoptione, vel successione, aut juris successionis transmissione in solo Salathiele? 3. Nullum exemplum hujus tralatitiæ significationis verbi istius vel è Matthæo, vel aliis scriptoribus sacris adferri potest. Non autem licet inusitatas Spiritui S. significationes invehere, multò minus lineæ genealogicæ ingerere. 4. Nulla certitudo de generationibus erit, admittenda illa vocis ἐπιγοννῆς, ac dubia plura subinde movebuntur, utrum hic vel ille filius sit naturalis, an vero legalis, etsi genitor, à quo genitus est, designatus expressè sit. 5. Salathielem Neri filium naturalem eundem esse, qui à Matthæo dicitur à Jechoniâ genitus, ἐπιγοννῆς est: nec ullâ solidâ ratione probari potest. Habuit sanè Jechonias filium, Sealathielem, dictum I. Par. III. 17. Sed is ut Neri filius non fuit, quomodo enim duos Patres naturales idem habuisse: Ita non apparet, cur penes S. Matthæum cum dicit, Jechoniam genuisse Salathielem, relicto filio ejus, ab ipso propriè genito, intelligendus alius sit Sealathiel, qui nempe filius Neri fuerit, (quum Jechonias ipse filium ejus nominis ex se genuerit) ac Sealathiel Lucæ ex mente Königii, heres duntaxat Jechoniæ extiterit. 6. Salathielem Zorobabelis parentem Ducem populi fuisse solide hand probatur, è quarto Esdræ, qui liber A; ocryphus, & fabulosus est. 7. defecisse posteritatem Salomonis in Jechoniâ refragatur Scripturæ Canonice I. Par. III. 17. seqq. ubi posteri Jechoniæ, filii, & nepotes

AD GENEALOGIAM

potēs &c. recensentur: & inter filios ejusdem *Sealtbiel* primo commemoratur loco: quem etsi sceptri hæredem & successorē non habuerit Jechonias, propter edictum Domini Jer. XXII. 30. verè tamen ex se genuit. 8. Diversus ergò est *Sealtbiel* ille filius *Neri* apud Lucam, à *Sealtbiele*, quem commemoravit Matthæus. In quâ sententiâ, quod diversi sint *Sealtbiel* ac *Zorobabel* Matthæi, à *Sealtbiele* ac *Zorobabele* Lucæ omnes antiquiores fuisse *Cornel. Jansen.* comment. in Concord. Evang. c. XIV. pag. 104. observat, idq; ex eo patere arbitratur, annuente, vel præeunte potius *B. Chemnitio* nostro, quod *Apbricanus, Damasce-nus, Ambrosius & reliqui*, qui in scrupulo illo, quomodo Joseph & ex Jacobo natus, & τῆ Eli fuerit, solvendo multum laboraverunt, hujus autem scrupuli, quomodo *Salathiel* & *Zorobabel* & in *Salomoneâ* lineâ, & inter nepotes *Nathanis* referantur, non meminere, sed constanter omnes affirmarunt, *Jacob* ex *Salomone* descendisse, *Heli* verò ex *Nathan*. 9. Adde quod ne transmissis quidem *Jechonias* jus successionis, aut jus principatus dici queat ad *Sealtbielem* filium *Neri*, nedum eundem genuisse. Non jus successionis, quia habebat filios, qui in bonis paternis succederent. Neq; jus principatus, quia si ad principatum *Salathiel* evectus, non jure aliquo successionis, sed liberâ translatione divinâ eundem consequutus est: quandoquidem *Deus* in pœnam *Jechoniæ*, ejus familiam ab hâc dignitate exclusit, eandemq; in *Nathanis* lineam, & familiam *Neri* transtulerit. 10. Deniq; nec adoptio hic ulla probatur; ac si maximè locum haberet, nihil ad *Matthæi* genealogiam faceret. Unde rectissimè à *B. Wilh. Lysero* nostro disp. de genealogia Christi q. XV. & II. dictum, adoptionem hereditatem quidem posse concedere, genealogicam autem relationem non asferre.

§. XI. Ubi nequicquam adversus *B. Lyserum* excipit *Dn. D. Exceptio König*, exemplum esse contrarium in ipsâ Scripturâ. Nam *Sede* ejus ad verbiã patrui *Jechoniæ* 2. Reg. XXIV. 17. immisceri in genealogiâ suâ *B. D. W.* am *Jechoniæ*, ejusq; filium dici. 2. Par. III. 16. Responsum enim *Lyser.* di-jam ad hoc exemplum *Grotio*, non *Jechoniæ* filium ibidem; sed *scussa,*



ANNOTATA

Jojakimi dicit Sedekiam, à quo vero Patruus, itidem Sedekias dictus, diversus est, qui Josiæ filius fuit, ac Rex constitutus est, prius vocatus Mathanias 2. Reg. XXIV. 17. Quod è 1. Chron. III. 15. cum v. 16. collato liquet. Quod autem Genealogia non semper continuat serie generationes, sed & successiones familiarum describant, sive istiusmodi successiones carnis, sive adoptionis aut alterius juris beneficio sint obtentæ, non nudè asserendum erat contra B. Lyserum, sed exemplis idoneis è sacris demonstrandum, quæ si darentur omninò, nondum tamen ab his ad genealogiam à Matthæo verbo GENUIT pertextam concludendum, nisi certa documenta suppetant. Et quò expedienda ex illâ ant illæ impropria generationes Jesuita Pospinus docuit, cum eò impropria etiam abiit, ut in dubium revocaret generationem Achazi, annè significati ab eo Ezechias genitus sit, ac suspicatus sit, Achazum Patrem tantum legale Ezechia fuisse, in Diallact. p. 551. nec non Jesuita Torrationis. niellus, qui Nathanem Davidis filium legaliter tantum seu per adoptionem, non verò naturâ, vel per generationem fecit, quem ab Uria procreatum dicit annalib. ad Ann. M. 3987. n. 5. & ad ann. M. 4037. n. 3. qui tamen fateretur S. Matthæum naturales duntaxat enumerare generationes, idq; planè indicare verbum illud Genuit per singula reperitum. ad ann. 4017. n. 15. Quod commentum de Natane in Lyrano jam profligavit B. Lutherus in de Schemhamphorasch T. II. Jen. Germ. t. 127. qui itidem Nathanem pro filio adoptivo Davidis, eodemq; Propheta venditavit: quo pacto Christus evaderet Uria Hitthai filius, hominis gentilis: quod per absurdum. Alia similis commatis incommoda sicco præterimus pede.

§. XII. Quæ verò congerit Grotius è Scripturibus exoticis, qui Latinis adoptivi parentes, quid Xenophonti $\tau\epsilon\upsilon\upsilon\omicron\upsilon\pi\alpha\iota\eta\omicron\tau\alpha$ $\tau\omicron\upsilon\tau\alpha$ sit, quid Poetis nati & genitores, quod Ebrais אָדוּקָה , Hellenistis $\gamma\epsilon\upsilon\epsilon\omicron\delta\varsigma$ res gesta dicantur, quomodo item ex fratre mortui genitus semen ipsius mortui vocetur, nihil probant, & aliena atq; à negotio sunt hic, ubi de phrasi Scripturae sacrae res est, & disquiritur de verbo $\gamma\epsilon\upsilon\upsilon\epsilon\alpha\upsilon$, & de recensione *Stemmatis*, ubi eadem ratione quoad omnes in lineâ descendente adhibetur, ut generatione in

Grotij argumenta pro eadem

AD GENEALOGIAM

tionem vel immediatam, vel mediatam notet. Non ergo est, quod exagitet in eo Grotius *Africanum*, ceu *sedulum magis*, quam *exacti per omnia iudicij*, quod vocibus illis ἐγέννησεν, & ἐνομίζετε innitatur. Neq; credendum temerè est, viros summos sine accuratâ investigatione *cæco impetu Africanum* in eo sequutos esse, utpote *scriptorem responsionum ad orthodoxos, Eusebium, Nazianzenum, & alios*, denso agmine, quod nempe *Jacobus à Marthæo nuncupatus pater ejusdem fuerit jure naturali*, aliâ autem *ratione Joseph τῆς Eli dictus sit à S. Lucâ.*

§ XIII. Quod porro *tertio* observat Grotius, quod *Lucas ad Adamum naturalem omnium Satorum genus producat, Matthæus ab Abrahamo incipiat, à quo αἱ ἐπαγγελίαι. unde jus potissimum oritur*, incipiant, id nihil Grotii causam juvare potest. Nam non ideò ab *Abrahamo* incepit Matthæus, quod solum per texere voluerit seriem eorum, qui *successionem aliquam juris habere*, non habitâ *sanguinis ratione*, sed quod *deductâ genealogiâ ex Abrahami prosapia*, Majorum cæterorum Christi origo latere ne queat, qui ex *Mose* omnibus notissimi erant. Etsi interim non negemus, *Abrahami & Davidis* posteros imprimis recensitos esse eâ de causâ, quod illis tam insignes promissiones de *Messia* ex semine ipsorum prodituro factæ essent. Et pulchra est observatio *B. Lutheri* ad *Matth. I.* *Sicut Matthæus probare vult, Christum Judæis venisse secundum promissionem Abrahami, & David factam: ita Lucas vult ostendere, eundem Christum non ad solos Judæos pertinere, sed etiam ad ipsum Adam, & semen ejus, hoc est ad omnes gentes totius Orbis.*

§ XIV. Nam ne dubitarem, genealogiam è stirpe *Abrahami & Davidis* texti à *Matthæo*, sedulo Evangelista ipse cavit, dum titulum huic præfixit catalogo Βίβλος γεννήσεως dum *Christi filij Davidis, filij Abrahami* stemma se pertexere testatus est (neque enim ibi nomen *filij* sensu *legati*, sed de *filio naturali* accipi, penes omnes in confesso est) dum verbum ἐγέννησεν semper adhibuit, nec id *improprè* hic in ullâ generatione usurpatum esse, convinci possit, dum matres etiam ac τῆς ἀδελφῆς quandoq;ve

ANNOTATA

commemoravit, ne ambiguum esset, *sanguinis & familiae* stemma pertexi, dum conclusit totam genealogiam generatione Christi à Maria versu 16, ut constaret, se non de successione juris, sed de *generatione*, & prosapiâ hæctenus egisse *Josephi* viri *Mariæ*, è quâ *Jesus* genitus est. Deniq; dum *γενεαs* numeravit, & in *resuscadas* distribuit, atq; ita eadem ratione se omnes habere, h. e. propriè generationes indigitari, significavit, qualia *γενεαs* genealogias & seriei naturalis *Lucas* non prodidit. Etsi enim *Adamum naturalem omnium fatorem* commemoret: tamen nec in eo desit, sed ad *Deum* ascendit, & *Adamum τῆς γῆς* esse dicit, à quo ipse certè naturaliter procreatus non est, & in ipso initio stemmatis vocem *ἐνομιζέτο* non sine causa præmisit.

§. XV. Levius adhuc est, quod quartò Grotius quærit in numero, quod nempe *Lucas* inter *Salathielem & Josephum septemdecim personas* numeret. (duas enim elidit, *Matthæum* nempe & *Levi* inter *Eli, & Melchi* positas, quam ejus audaciam consensus editionum & versionum sacri Codicis redarguit) quum decem tantum recenseat *Matthæus*. Nam quo artificio inde conclusurus sit, à *Lucâ* successionem *sanguinis* spectatam, non item à *Matthæo*, nos quidem conjecturâ assequi non valemus, etiamsi ponatur, unum esse *Salathielem*, unum item *Zorobabelem* apud utrumq; *Evangelistam*, in quo coaluerint lineæ duæ *Nathanis & Salomonis*, quos tamen diversos esse, non pauci affirmant. Non enim mirum est, in unâ lineâ plures intermedias personas reperiri, quàm in alterâ. Facillimè fieri, ut aliquæ familia decem generationes eo spatio temporis numerent, quo vix alie quinq; , prout videlicet adultiori aliis ætate Patres fieri ceperunt, agnoscit *Possinus* in *Diallactico* c. *XLIIIX*. nec id diffitetur *Grotius*: sæpè eodem temporis spatio familias inter se comparatas *γενεαs* habere unâ, aut alterâ plures, & pauciores; ut adeò necessum non habeamus eò nos recipere, quod ab altero *Evangelistâ* *sanguinis*, ab altero *juris* successio spectata sit. Et unde evinceretur à *Lucâ* potius, quàm *Matthæo* *sanguinis* successionem spectatam, contra tot illustria documenta pro *Matthæo* jam adducta?

§. XVI,

AD GENEALOGIAM

§. XVI. Neq; ullius momenti est quod quinto Matthæus ipse satis apertè profiteatur, non numerari à se personas, sed generis summam breviter indicari, in τρεις αἰεσ υγι δεκαδας tres memoria causa digestam. Nam quæcunq; causa fuerit hujus digestionis, (quam non memoriæ solùm gratiâ factam esse, sed quod nomina omissa tabulis genealogicis in templo, Joseph. lib. 1. advers. Appium. teste, asservari solitis, abfuerint, inde sc. sacerdotali judicio erasa, Possinus in Diallactico c. XXIX. probare nititur) non potest utiq; inde concludi, Matthaum haud recensuisse genus & prosapiam Christi juxta successionem naturalem: neq; enim necessum est, ut de gradu ad gradum, qua sanguis ducit, nullo prætermisso ordine progrediatur, qui genealogiam texit, (quod hic se facere Matthæus testatur) quin suo ductus consilio, etsi fortè non satis id nobis constet, nonnullas personas omittere liberè possit; quâ in re Spir. S. à quo agitatus est Matthæus, normam præscribere, nostrum minimè est. Ratio tamen hujus Methodi haud absimilis vero est, quam ex Hieronymo laudat B. Chemnitius, distribuisse ita Matthæum genealogiam in tres τρεις αἰεσ δεκαδας non tam ut lectoris memoriæ consuleret, quàm ut ostenderet lineam illam Christi certis circumstantiis sive indicis, in præcipuis mutationibus status hujus populi designatam, idq; tær potissimum, in Abrahamo, in Davide & in Salathiele, seu Zorobabele, h. e. in Patriarchis, in Regibus, & in Ducibus.

§. XVII. Quod deniq; sexto temporum computum attinet, à Christo usq; ad Zorobabelem, non apparet, quamobrem totum illud tempus per personas à Matthæo recensitas impleri non possit, etsi ordinem naturalem is sequutus sit, neq; quicquam prohibet, quo minus & hic unam atq; alteram personam omissam esse à Matthæo, adseratur: quemadmodum Grotius ipse in sua Notione septem personas εἰς αὐτὸν adducit, ceu prætermittas à Matthæo. Quâ in parte ipse suo indulget, ut aliàs passim, ingenio, sibiq; sumit dictaturam in sacro codice, pro arbitrio, quam fortè ne in profanis autoribus ipsi Philologi modestiores concederent.

§. XVIII.

ANNOTATA

§. XIIX. Quæ porro ille contra *Africanum* disputat, quæ ex Africano pro lubitu assumit, quæ de aliis, sive ex traditione, *Quomodo* sive ex ingenio suo asserit, tanti non suat, ut iis discutiendis im-
Zerobabel moremur. *Arbitraria* ea esse, non *explorata*, profitetur ipse,
& Sealtbi- & verò nimis sunt arbitraria illa.
el & Peda-

§. XIX. Majoris momenti est difficultas, quam postremo expendit loco, *quomodo* & Matthæo & Lucæ *Zorobabel* dica-
je filius? tur *Salathielis filius*, cum Paralipomenon scriptor eum dicat *Pe-*
dajæ filium. Ubi existimat quidem *Pareus* *Zorobabelem* *Jedajæ*
filium naturalem *Selathielis legalem* fuisse, ipsi post obitum è
conjugæ relictâ à fratre pro jure Leviratus Deut. XXV. 5. suscita-
tum. Sed eâ ratione inter majores Christi *Salathiel*, utpote,
qui sine liberis decesserit, referri non posset, sed referendus ab
Evangelistâ fuisset *Pedajab*. Unde ii de *Zorobabele* ita censent,
eundem & *Pedajæ filium* dictum, quod is ejus parens fuerit, &
Salathielis filium, quod non immediatè ab ipso, sed *mediante Je-*
dajab procreatus sit. Sed huic sententiæ obstat *primò*, quod
Malchiram, Phadaja, Seneazar, Jekamia, Hoseama, Nedabja, ut fra-
1. Par. III. tres *Salathielis* adduci videantur *1. Par. III, 18.* Nam ingerere
18. hic illud *וְיָסֵב* filij, ut referantur illi ad *Sealtbielem* ceu parentem,
quod in versione *Belgicâ* fit, est aliquid *Scripturæ* addere. *Se-*
cundò, quod *Zorobabelis* à *Scriptore* *Paralipomenon* commemo-
rati filij & posterij longè alii sint, quàm qui à *Lucâ* vel à *Matthæo*
recensiti sint, neq; ullus ab *Evangelistis* nominatus in istâ *Zoro-*
babelis filij Pedajab genealogiâ in libro *Chronicorum* reperiat.
Tertiò quod perpetuo *Zorobabel Ethnarcha filius Sealtbielis*, nu-
spiam, ne semel quidem filius *Pedajah* dicatur.

§. XX. Ob hæc ergò rationes non possumus illis calcu-
lum adjicere, qui hunc *Zorobabelem Ethnarcham* ex isto *Chroni-*
corum loco deducunt. Quapropter *diversus* ille sine dubio fuit
ab *Ethnarchâ*: quam sententiam video etiam approbare *Gro-*
rium. Sed ex eo nondum conficitur, nisi alia prostant, & in
subsidium vocentur documenta, unum illum *Zorobabelem Eth-*
narcham ab utroq; *Evangelistâ* intelligi, quem *Matthæus Abiudi*,
& quem

AD GENEALOGIAM,

& quem Lucas *Rese Patrem* constituit. Quos alii diversos ejusdem nominis esse volunt. Quia *Matthæi* Zorobabel post captivitatem Babylonicam genitus est: *Luca* verò vel ante eum, vel primis annis ejusdem: utpote cujus jam maturi annis auspiciis populus è captivitate reversus: à quo etiam *septendecim* generationes ad Mariam occurrunt, quum inter Zorobabelem *Matthæi* & *Josephum* intercedant solum *novem* generationes. Et quum *Jer. XXII. 30.* prædictum sit, duces Judæ nullos è semine *Jechoniæ* super solium Davidis sessuros, *Salathielem* & *Zorobabelem*, qui post captivitatem Duces Juda fuere, apud *Lucam*, alios esse, quam qui apud *Matthæum* ex *Jechoniâ* deducuntur, hujusq; posteros sine publicâ auctoritate privatos vixisse, ex illo *Jeremiæ* vaticinio colligit *B. Chemnitius* ad *Matth. I. Harmon. c. III.* Quod alii etiam placuit. Et quamvis admittatur, *Zorobabelem* *Ethnarcham*, *Salathielus Neri* filii filium, atq; à Zorobabele illo & *Abiud*, & *Resam* procreatos esse, non tamen concedendum ullatenus, *Sealthielem* *Neri* filium, dignitate Principali fulgentem, *Sealthielem* *Matthæi* esse, neq; verum est *Jechoniâ* sine liberis decessisse, hujus cum liberi septem recensentur *i. Par. III. 17. 18.* ac temerè ingeritur à *Grotio* lineæ *Matthæi* genealogicæ *Assir*, cum *Sedeciâ*, quorum nullum in *Matthæi* est vestigium; neq; relatio ulla genealogica *Sedeciæ* in hac lineâ deprehenditur. *Assir* verò persona merè est fictitia. Unde patet, tam incertum, ac temerarium esse *Grotianum Schema*, quam promptus ille fuit, in assumendis aut excogitandis nonnullis hypothefibus ad *Josephi* ac *Mariæ* Stemma pertexendum, suæ opinioni commodis.

§. XXI. Scrupulus tamen adhuc restare videtur, quum statuamus *i. Par. III. 18.* non *Zorobabelem Principem* recenseri, sed privatam aliquem, qui factum sit, ut privati genere relato, Principis insignis stemma, & mentio negligatur? Et quum sine dubio *Zerubabel* Princeps è regio stemmate ortus sit, adeoque ab eadem origine *Sealthiel* parens ejus deduci debeat, unde non ambigendum, quod *Sealthiel* ille Parens ejus fuerit, quem auctor *Chronicorum*, & *Matthæus* *Jechoniam* Regem genuisse dicunt.

D

cun

ANNOTATA

cunt, cur Patre & avo, horumq; posteris in genealogiâ commemoratis præteritus ille fuerit, qui præ aliis commemorari digno erat? Cujus rei aliam causam nullam esse existimamus, quam quod Sealthielis filium Zorobabelem esse fuerit notorium, quod que Spiritus S. alibi sæpius, in libris nempe *Esdra*, *Nehemia*, *Haggai*, *Malachia* idem indicarit, etiamsi hic ejus rei mentionem non fecerit.

§. XXII. Sic ergo genealogiâ Christi nunc ex utroq; Evangelista emendatius in *schemate subjuncto* exhibemus, suppletis solum *tribus regibus*, in *Matthæo*, sive ob *tesseradecadas* rotundandas, sive ob aliam quamcunq; causam prætermittis (quos minori characterè inferimus) & prætermisso *Cainane*, quem Vulgati Lucæ codices referunt, sed *embolimum* esse aliàs, in Critico nempe sacro, prolixè asseruimus, nec abnuat Grotius. Qui Schematismus docebit, *per se* adèd perplexam non esse genealogiam Christi apud Evangelistas, quemadmodum eam reddidèrè variæ authorum sententiæ, citra fonticas causas.

§. XXIII. Quas ab aliis invecas difficultates infelix *ἑρμηνεία* Grotii non tam minuit, quam adauxit. Quod à *Johanne Cordeſto de Cordes* Lovaniensi presbytero & Canonico *animadvertens* ad *Luc. III.* accepisse videtur. quodq; amplexus est *Petrus Posſinus* Tholosanus Jesuita, in *Diallactico Theogenealogico* probare satagens, quod *Lucas naturalem quidem ubiq; sortem tenuerit*, *Matthæus* verò, *ubi ea defecit, juris successorem sit sequutus*. Qui verò Jesuita in plusculis à Grotio discessit, ejusque sententiam novis *ἑρμηνείαι*, ut fieri amat, locupletavit. Nam ut de eo non dicam, quod *Posſinus* p. 517. *Salomonidarum stirpem in Jeckonia planè defecisse*, ait, quod egregio, & Jesuita digno testimonio probat, è *Revelationibus* nempe *Brigitte* c. xix. ac *Sedeciam* in lineâ Salomonis prætermittat, (quem ingessit Grotius) quodq; relicto *Jeckonia altero* tertiæ *tesseradecadi* *MARIAM* Deiparâ per absurdè inferciat pag. 511. commentus est, *Josephum* quem *Heli filium naturalem* cum Grotio facit, *hac solum adoptionis ratione*, *filium Jacobi dictum*, quod *quum natus esset ex Zaræ*
(Relæ

AD GENEALOGIAM

(Resæ fortasse voluit dicere Jesuita) stirpe, alterius Zorobabelis filii, Jacobo morienti sine liberis, (qui Jacobus ultimus ex Abiudis lineâ primogeniti Zorobabelis fuerit) in hereditatem benedictionum successerit, ac postmodum ante adultam Christi aetatem nullâ relietâ prole decesserit, adeoque Christum ipsum successorem hereditatis benedictionum legitimum habuerit: Ex SESE tamen trahentem jus successionis hujus, non ab aliis ducentem. Quod εὐρημα commemorasse, est solidè refutasse: cujus autorem Jesuitam alium Johannem Bessonum Possinus laudat, qui in lucubrationibus ad Cantic. Canticor. primus affirmavit, Josephum Mariæ fuisse Patrum, quem unum sibi esse instar mille, profiteretur.

§. XXIII. Grotius autem ita suam ἀστοχίαν nobis exponit pag. 654. Verum puto, quod οἱ δεσπότες Africano dixerunt, Estham primum Mathani, deinde Melchi conjugem fuisse, itaq; esse eos ὁμοχρόνους. In Mathane autem extinctam stirpem naturalem Abiudis, quæ prima erat stirpium profatarum ex Zorobabele. Quare ex lege viduæ matrimonium ad sobolem in nomen mortui excitandam debitum ei, qui princeps esset familiæ secundæ per Resam ab eodem Zorobabele venientis. Atq; eum fuisse Melchim, qui Jacobum genuerit, patris naturalis cognomine dictum vulgo Pantherem, legis autem estimatione filium Mathanis mortui, & juris omnis successorum. Hujus Jacobi sine liberis functi jus devolutum ad Josephum: atq; ita Josephum dici Jacobi filium, non ex lege τῆς Πιργαμβρέουσις, sed quod hereditas eius ad ipsum pervenisset, quomodo Sedecias est filius, ut diximus, Jechoniae. Erat autem Josephus, si rectè rationem puto, filius fratris Jacobi, ac proinde Jacobus Josephi patruus. Mariam autem, cum ab altero Melchis filio veniret, & esset Πιυληρῶ, nuptiam Josepho, quia nemo exstabat propior, ad cuius tutelam confugeret. Hæc Grotius, acceptans ex Africani sententiâ, quæ vidit suæ ἰσοπέσει δελεῦσθαι, cætera pro arbitrio reprobans.

§. XXIV. Sed cur in Mathane extinctam stirpem naturalem Abiudis statuamus, nec eam porrò cum Matthæo prorogemus ad Jacobum & Josephum, quum eodem verborum tenore Mat-

ANNOTATA

theus v. 15. Ματθαῖν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ, Ἰακώβ δὲ ἐγέννησε Ἰωσήφ! Cur ad legem Πριγαμβρέυσεως recurramus, quum Evangelista in naturali serie persistat generationum! Porro unde constat Grotio, *Jacobum sine liberis functum*, ut hoc tam audacter affirmet, & ideo Matthæi disertam literam, quâ *Joseph* ejus filius dicitur, relinqvat! Unde docebitur, è *Jacobi jure devoluto ad Josephum*, hunc *Jacobi filium*, & *ab eodem genitum* dici, etiam *citra legem Levitatis*, vel, ut loquitur Grotius, *non ex lege Πριγαμβρέυσεως, sed quod hereditas ejus ad ipsum pervenisset!* Nullo certè idoneo exemplo è Scripturis tale quid ostendi potuit. Nam de *Sedeciâ* jam responsum est. Ut taceam, quod pro certo assumat Grotius, *Mariam fuisse virginem Πικληρον*, cui bona immobilia jure hereditario obtigerint. Quod non satis congruit paupertati ejus Luc. II. 7. 24. insinuata: quam παρθένον χερνήτιν virginem manibus suis victum querentem Theodoretus sermon: ad Græcos IIX. dixit. Quo jure dici poterit Πικληρον, quæ ἔδ' Ἰησοῦ ποδὸς ad filium potuit transmittere? Testatur ipse sibi tuguriolum, nidum, antrum nullum esse πρὸ τῆν κεφαλὴν κλίνης, ait Jac. Cappel. in vindic. pro Casaub. p. 59. Casaubonum, quem vindicare debebat adversus *Andr. Eudæmono Johann.* in eo deserens, quod ille Mariam Πικληρον Exerc. 1. §. XIII. asseruerit.

§. XXV. Notandum etiam hic sedulo, quod cum *Matthæo Jacobum à Mathane*, ac *Josephum è Jacobo genitum esse*, testante, *vetus illa traditio*, quam ex *Epiphanio* refert Grotius, consonet. *Josephum nempe hunc nostrum filium fuisse τῷ Ἰακώβ, Πικληρον δὲ πάντη καλεμένον*, quod non putat omnino spernendum Grotius: *siquidem & ipse Josephus eodem Patris cognomento appellatur.* Quippe & *Celsus Mariam ait concepisse ἀπὸ τῆς Πανθῆρας Ἰσραήλ*, quod à *Judæis ipsum accepisse* putat, qui etiam *Jesus* *Domini nostri Panther* appellant in libro *תהנהו שרש* & in libro *תהנהו שרש*. Sic ergo etiam hæc traditio tùm *Judæorum*, tùm *Christianorum*, comprobatur *Josephum à Jacobo procreatum esse.*

§. XXVI. Atq; hæcenus rectè se habet *Africani* sententia,

AD GENEALOGIAM

etia, quod Josephus natura fuerit filius Jacobi. In eo autem aberrat à vero, quod Patrem & Eli facit Melchi, qui cum genuerit ex Esthà: siquidem juxta Lucam Mathat sit Pater, Melchi autem sit Proavus ejusdem. Neq; in eo sibi constat illa Africani traditio, quod Melchim Mathanis viduam Estham duxisse, & ex eà Elin suscepisse, Eli autem sine liberis functo, Jacobum fratrem οὐκ ἔστιν (quem Estha Mathani genuerat) è vidua ipsius Josephum genuisse, perhibeat, qui proinde Jacobi filius naturalis, Eli autem filius legalis fuerit. Nam ut rectè observatum Grotio, lex τῆς Ἰσραηλιτικῆς ἀρχαίας ad conservanda familiarum jura pertinebat. Familia autem ex agnatione censentur, quare Eli sine liberis functo prolem ei gignere debuit non uterinus, qui agnatus non erat, sed proximus ejusdem familiae ac nominis. Adde, quod Melchi viduam Mathanis ideò ducere non opus habuerit, ut fratri, vel contribuli, semen suscitaret, quum nec adeò propinquus ei fuerit, utpote è stirpe Nathanis oriundus, nec Mathan ἀπὸ τῆς οὐραίας decesserit, sed Jacobum filium, secundum Africanum, reliquerit. Non ergò fidem meretur illa traditio, quam ad δευτεροτύπον Dominicos, Domini consanguineos referre videtur Africanus apud Eusebium l. I. Hist. Eccl. c. IIX. cui Africanus ipse parum tribuit, ita eandem rationem concludens: *Sive itaq; ad hunc modum, sive aliter habet res ista, non poterit quisquam meo judicio clariorem illis expositionem reperire. Quisquis autem a quo animo praeditus est, idem quod nos curabit. Etiam si CERTUM DESIT TESTIMONIUM, ob id videlicet, quod meliorem ac acriorem expositionem proferre non potuit.* Quae docent, traditionem illam non satis certam ab ipsomet Africano habitam fuisse. Nec vana forsitan est suspicio B. Chemnitij, illa ita à Judaeis tunc sparsa, quasi à consanguineis Christi tradita essent, ut haberent plausibiliorem occasionem, & praetextum illudendi fidei nostrae.

§. XXVII. Absurdum sane est, duos Evangelistas voluisse unius Josephi genealogiam texere, & quidem sub diversis nominibus, unde infirmis materia lapsus, malignis cavillorum, quum tamen nec Christus ex Josepho natus fuerit, nec nasci debuerit, nec potuerit.



ANNOTATA

absurditas tunc. Absurdum, utrumq; Evangelistam *Mariae* genus prorsus illius sen- reticuisse, ex qua tamen Christus natus: neutrum demonstrasse, tertia, quod quod demonstrandum erat: *Christum ex femine Davidis natum esse* uterq; Ev- se. Etsi enim probabilitate dici possit, Josephum virum pium angel. Jose- nupsisse uxori ex eadem tribu, & ex eadem familia tribus, occur- phi genea- runt tamen alia contraria exempla: & promptum erit hostibus logiam. Evangelii excipere, in *Maria*, ut *paupere*, legem non esse periclitata- texat. tam, & multos ex ipsa quoq; tribu *Juda* extraneas etiam duxisse uxores, & ducere potuisse, æquè ac id in aliis tribubus quandoq; factum: nec obstitisse quicquam, quo minus *Josephus*, utut è *Ju- da* ortus, uxorem è tribu *Levi* duceret. Quomodo verò ita *περὶ δηλον* fuisset ista ætate, *ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ κύριος ὁ ἡμῶν* Ebr. VII. 14. Ecquis etiam credet, alter utrum Evangelistam tam anxie Patrem *Josephi* legalem, ejusq; genealogiam referre, præterito illo, quod præcipui erat momenti, *quinam majores fuerint Mariae Deiparæ virginis?*

§. XXIX. Urgent nonnulli & hoc adversus Africanum, quî *Melchi*, cum ex aliâ lineâ, *Nathanis* nimirum, oriundus fuerit, *Mathanis*, oriundi ex lineâ *Salomonis* viduam *Estham* duxerit? annon repugnarit hoc conjugium legi, quum contribulis quidem *Esthæ* ita fuerit *Melchi*, non autem *συγγενής*, & propinquus, nedum proximus, utpote ex alia lineâ oriundus! Sed illi assument, *συγγενείαν* ex lege requisitam fuisse ad nuptias viduæ etiam communes extra casum *τῆς Ἰππιγαμβρεύσεως* & *Leviratus*, cum fratre defuncto *ἀπέκνω* semen excitandum erat, quod *αἰτήματα* quomodo probari, aut cum exemplis aliis conciliari possit, non apparet. Id tamen longè falsissimum est, quod nonnulli *Africani* sectatores supponunt, sufficere, quod *Christus* successor *Davidis* LEGITIMUS fuerit, etsi filius *naturalis* non esset, siquidem è *lumbis Davidis* prodire debuerit secundum carnem, adeoq; ratione *matris*: quum respectu *natiuitatis temporalis ἀπάτωρ* fuerit.

§. XXIX. Quapropter præstat omninè pro conciliandis Evangelistis statuere, alterum eorum Genealogiam *Mariæ* perte- xere

AD GENEALOGIAM

xere, alterum Josephi stemma explicare, quod posterius, quum à Matthæo fieri nimis luculentum sit, rectissime Lucæ genealogia Mariæ Deiparæ adsignatur. Quæ sententia, quantum ad *Mat. Testimo-* thei stemma, quod ab eo *naturalis* genealogia, seu via *generatio-* nis observata fuerit, patronos habet, præter ipsummet *Julium A-* fricanum in Epistolâ ad Aristidem (apud Eusebium lib. I. c. II. X.) quod *Lu-* *Scriptorem* reipsonum ad orthodoxos, *Eusebium, Gregorium, cas genea-* *Nazianzenum, Damascan.* aliosq; plurimos, quos *agmine facto* logiâ *Ma-* *Africanum sequi* fatetur Grotius, etiam *S. Augustinum* l. II. de *ria descriptio* *Consens. Evangelist.* c. III. Cujus hæc est ratio prorsus *ἀδίαλο-* *bat.*

Ⓞ *Matthæus dicens, Abraham genuit Isaac, atq; ita in hoc verbo,* quod est *genuit, perseverans, donec in ultimo diceret, Jacob autem genuit, satis expressit, ad eum Patrem se perduxisse originem generan-* *tium, à quo Joseph non adoptatus, sed genitus erat.* *B. Luther. Tom.* *II. X. Jen. Germ. p. 126. Schemhaphor. legalem successionem in Mat-* *thæo inde profligat, quod ille tres generationes omittat, dicens: Jo-* *ram genuisse Usiam, qui centum circiter annis à Joramio distabat,* *adeoq; legalis ejus filius esse non poterat: unde missâ distin-* *ctione Patris legalis & naturalis, ita conciliat Patres diversos à* *Matthæo & Lucâ Josepho assignatos: daß Hieronymus schreibet/* *Jacob sey Josephs natürlicher Vater nach S. Mathæi* *us Schmur/ aber Eli, den er auch Eliakim und Joakim nennet/* *(denn es sollen alle drey ein name seyn/ wie bey uns Nic-* *colaus/ Nickel/ Claus) sey sein Vater/ nach Lucas schmur/* *das ist/ sein Schwäher/ oder Vater nach der Weise/ da Toch-* *terman auch Sohn/ und Sohns/ Weib auch Tochter heisset/* *und nach dem Gesetz/ da ein Bruder muß sich seines verstor-* *benen Bruders Kinder Vater lassen nennen/ und seyn/* *Das gefellet mir so wol/ und besser den Eusebium und Lyra,* *der manet Jacob habe seines Bruders Eli Wittwen genom-* *men/ und mit derselben Joseph gezeuget/ da würde Maria* *(Joakim/ oder Eli Tochter) und Joseph einerley Mutter Kin-* *der/ und natürliche Geschwister seyn/ das leidet Mose nicht*
Lev.

ANNOTATA

Lev. 18. Quod autem ad *S. Luca* genealogiam attinet, quod ab ipso stemma Mariæ pertexatur, propugnarunt hanc sententiam *Petrus Galatinus* L. VII. de arcan. Cathol. Verit. c. XII. *Dominicus à Soto* in IV. sent. Dist. XXX. q. 2. art. 1. *Genebrardus*, *Didacus Stella*, *Jansenius*, *Barradius*, *Vincentius Regius*, & alii è Pontificiis: nec non *Bibliander*, *Aretius*, *Lavaterus*, *Deodatus*, *Franc. Junius*, *Pareus*, *Gomarus*, *Spanhemius* è Reformatis: & post *Megalandum Latherum*, *B. Chemnitius*, *Andr. Osiander*, *Hunnius*, *Gerhardus*, *Hulsemannus*, *Brochmandus*, *Winstrupius*, *Helvicus*, *Dn. D. Mullerus* in *Judaism.* & plerq; alii nostrates. *B. Gerhardus* Annotat. in *Matth.* p. 56. laudat *Osiandr.* qui distinctioni ista inter *Patrem naturalem & legalem* duo opponit. 1. Quod inauditum sit apud *Judæos*, mortuum illum dici *Patrem* hujus primogeniti ipsumq; *filium* illius, cum in *Ebræo* non legatur, & suscitetur semen fratri, sed *ויתן* & levitabit eam, id est, leviri jure eam habebit. 2. quod talem successorem, seu *filium legalem* nemo possit ex uxore defuncti procreare, nisi *frater defuncti germanus*. Jam v. *Jacob* & *Eli* non fuerunt fratres germani: quia *Matthæus* genealogiam *Christi* deducit à *Davide* per *Salomonem*, *Lucas* autem per *Nathanem*, quorum neuter sine liberis decessit. Allegat *B. Gerhard.* & *Augustini* l. II, de *Consens. Evangel.* c. 3. & l. III c. Faust. c. 3. sententiam, *Josephum* duos habuisse *Patres*. unum à quo fuerit natus, alterum à quo fuerit adoptivus. Priorem describi à *Matthæo*, posteriorem à *Lucâ*. Addit autem *ὁ μαναγίτης*: *Simplicissime* respondetur, *Heli* s. *Jojakim* naturalem *Mariæ* parentem fuisse, hunc vero apud *Lucam* usitato apud *Ebræos* more vocari *Patrem Josephi*, quia *Josephi* filius *Jacobi* naturalis *Heli* gener fuit. Sed audiamus imprimis *B. Chemnitium* sedulum & accuratum in conciliatione *Evangelistarum* scriptorem, qui hic pluribus palmâ præripit in enodandâ genealogia *Christi*. *Simplicissima*, inquit *B. Chemnit.* & certissima est illa ratio, quæ descriptiones *Evangelistarum* sine ullâ vel mutatione, vel cōfusione, vel additione simpliciter distinctas & diversas relinquit & statuit: *Matthæum* à *Davide* per *Salomonem* contexere lineam regiam, quæ sceptrum te-

nuit

AD GENEALOGIAM

nuit usq; ad Jechoniam, cujus posteritas de solio Davidis deposita
 Jer. XXI. 30. privatam vitam agens, ex Jacobo produxit Josephum
 sponsum Mariae. Lucam vero contexere lineam Davidis per Natha-
 nem: quae privata vixit usq; ad Salathielem, ad cujus posteritatem
 successio in solium Davidis, remotâ Salamonis stirpe, titulo ducum s.
 principum, devoluta fuit usq; ad Johannam. Et quia certum est post
 Johannam illum, nullum sedisse super solium Davidis, seu nullum
 postea fuisse ducem ex domo Davidis, ideò ex illo Johanna oportet
 lineam Christi descendere. Ex hujus igitur posteritate Maria virgo
 orta est, ex qua cum nativitate esset ex stirpe Davidis ducali, & per
 desponsationem in Josephi familiam, quae regia erat, transisset, na-
 tus est Jesus Christus, Rex & dux, vel Princeps à DEO per Prophe-
 tas promissus. Ita non opus est Josepho duos attribuere patres, sed
 solus Jacobus, qui secundum Matthæum Josephum genuit, verus &
 naturalis ipsius pater fuit. Lucas vero non dicit Heli genuisse Jose-
 phum, sed Josephum nominat τὸ ἡλὶ: quae phrasis non necessario
 convincit, quod filius naturalis fuerit Heli. Nam & Adam ibi di-
 citur τὸ Θεοῦ, cum ejus esset creatura. Et Act. I. 13. vocatur Judas Iacobi
 ἡ ἀδελφὸς scil. frater & Marc. XVI. 1. vocatur Maria Jacobi, scil. ma-
 ter. Syrus quidem Paraphrastes singulis addit υἱὸς filius: sed non
 tantum naturali generatione, verum etiam aliis modis vocatur quis
 filius alterius: ut Johannes Apostolus vocatur filius Mariæ, Joh.
 XVI. v. 26. sicut igitur Noëmi nurus suas vocat filias Ruth. I. 13. ita
 Joseph Sponsus Mariae vocatur τὸ ἡλὶ seu Joachim Patris Mariae ge-
 ner.

§. XXX. Hæc B. Chemnitius, cujus eruditam conciliatio-
 nem pleriq; alii ambabus amplectuntur manibus, utpote soli-
 dam, atque immotam. Quo pacto Josephum Jacobi filium
 faciunt ratione consanguinitatis, utpote à quo generatus sit, He-
 li ratione affinitatis, utpote cujus filiam in matrimonium duxe-
 rit. Atque hoc sensu Heli à Luca Josephi Patrem legalem desi-
 gnatum esse, cujus Pater secundum Matthæum naturalis Jacobo
 fuerit, affirmat Dn. D. Winstrupius in Pandect. Sacr. ad Matth. p.
 59. Qui etiam adversus Calixtum disputans, causam, præeunte

E

B. Chem.

ANNOTATA

B. Chemnitio cum B. Brochmanno, & aliis, reddit; cur opus fuerit genealogiam Mariæ à Lucâ describi, quod nempe cognitâ tribu, ac familia mariti, non statim cognoscatur tribus, & familia uxoris, siquidem licuisse conjugium extrâ tribum inire, si periculum nullum esset translationis possessionum per nuptias, exemplis probari possit Aaronis, qui sororem Nahassonis de tribu Juda duxit Ex. VI. 25. Davidis, qui filiam Saulis de tribu Benjamin, 1. Sam. XIII. 17. Jozada sacerdotis, qui Jesebam è tribu Regiâ sibi matrimonio junxit 2. Reg. XI. 2. & in hâc ipsâ genealogiâ mulierculæ occurrant Chananææ, Moabitides, Hebrææ, quarum mariti de tribu Juda erant; ac si maximè Christum è tribu Juda esse exinde constaret, quod matris ejus sponsus, & maritus, Josephus ex illâ tribu oriundus esset, haud tamen ideò ipsum, è familia Davidis esse, constitutum; quis non cæcus, inquit, non videt omninò necesse fuisse, ut præter Josephi genealogiam etiam genealogia Mariæ ab aliquo Evangelistarum describeretur?

§. XXXI. Ad quæ etsi Fried. Spanhem. Dub. XIV. p. 68. respondere satagat, ut & D. König I. c. §. 12. puellas Israeliticas quæ ἐπίκλητοι & sine fratribus consanguineis fuere vi legis Num. XXXVI. 8. non potuisse extrâ tribum ac ne quidem extra familiam nubere; tam incerta tamen hæc responsio est, quam incertum, Mariam ἐπίκλητον fuisse: & annon Josepho integrum erat, conjugem ex tribu Levi ducere? Qui ergò certò inferri potest, Mariam è tribu Judâ esse, eò quod Josepho ex illâ tribu oriundo nupsit! Ubi respondet quidem Spanhem. integrum id Josepho fuisse, sed id ab eo non factum esse è genealogiâ Mariæ, quæ è tribu Juda textur à Luca, constare. Verùm hâc responsione uti non potest D. König quia negat Lucam stemma Mariæ describere. Quapropter R. Lipmanno aliisq; Judæis solide respondere non potuit, in hoc dubio, quâ illi urgent, ut è R. Isaac. Ben Abraham videre est, Mariam è tribu Levi fuisse, quæ etiam Socin. est hypothesis. Ex solo enim matrimonio cum Josepho inito constare liquidò non potest, eam fuisse ex domo Davidis, si ipsa in sacris sit ἀγενολόγητος. De quo fufius egit B. Æg. Hunnius in comment. in Matth. §. 1. §. XXXII.

AD GENEALOGIAM

§. XXXI. Nec verò ullatenus admittenda Episcopii opinio, *supervacaneam* prorsus esse *Mariæ genealogiam*, ac sive ex tribu Juda, sive ex tribu Levi, sive ex aliâ ortâ illa sit per naturæ generationem, nihil referre, quia censeari illa non debuerit ex eâ, sed ex illâ tribu, in quam per desponsationem transierat T. II. opert. resp. ad quæst. Theol. LXIV. p. I. q. 2. Nam quum non nisi è Maria Virgine humanam naturam assumerit Filius DEI, quomodo naturæ istius respectu è tribu David esse potuit? Si Maria, è quâ solâ ortus est secundum carnem è tribu Levi aut alia quâcunq; sit! Gemellum est commentum M. Antonii de Dominis *Christum per solam Patrem legalem* (Josephum) *civiliter è tribu Jude sortitum esse, è stirpem David*, quo labefactatur prorsus Origo Christi è patribus secundum carnem. Quo de Tertul. I. de carn. Christi c. xxii. *Si ex lumbis David, quanto magis ex lumbis Mariæ OB QUAM* (non ob cujus sponsum) *in lumbis David* ET c. XXII. *Ex Semine David caro Christi, sed secundum Mariæ carnem ex semine David*, non secundum legalem respectum & ob Patrem legalem, qui è Davide sit. Cont. Frid. Spanhem. Dub. Evangel. p. I. pag. 129. Job. Cloppenburg. Gangr. Anabapt. disp. IX.

§. XXXII. Si quis verò dicat; *ita supervacaneam fore genealogiam Josephi*, quum è *Mariæ genealogiâ origo Christi* satis constet, ac Josephus *Pater curæ* tantum fuerit, non verò genitor Christi, nisi admittatur hæc hypothesis, quod ex Josephi genealogiâ solidè deduci possit, *Mariam de tribu Juda fuisse, eò quod Josephus sponsus ipsius ex ea tribu fuerit?* Resp. Notum erat tùm temporis Josephum & Mariam esse contribules, imò ejusdem esse familiæ, & quum Historia S. Jacobum de domo Davidis esse perhibeat, Luc. II. 4. in cujus familiâ per desponsationem transierat Maria, ut undiqvâq; stabiliretur origo è tribu Judâ, & familiâ Davidis, visum fuit Spiritui S. deducere non tantum stemma *Mariæ*, sed ipsius quoq; *Josephi*, inde à Patriarchis, & ex stirpe Davidicâ. Prosapia enim utraq; Salomonis & Nathanis ad exiguum redactâ numerum, deficientibus propinquis faminis, è Salomonis

ANNOTATA

linea, Josephus Mariam à *Nathane* oriundam matrimonio sibi junxisse videtur. Unde utrumq; stemma deduxere Evangelistæ, quomodo & è *Nathane* ortum traxerit Maria, & è *Salomone* Josephus, adeoq; ejusdem & tribus & familiae fuerint, & utriusq; stirps communis Rex David extiterit. Expedivit jam dubium hocce luculenter exquisiti judicii Theologus B. Chemnitius; *Quod verò Evangelistæ judicarunt, non sufficere Mariæ genealogiam texuisse, sed & Josephi sponsi cognationem descripserunt, nihil ab officio suo alienum fecerunt: quia illud ipsum servit confirmationi fidei. Uxor enim, quia cum marito una caro efficitur, lege transit in*

An Maria genealog. supervacanea? *familiam mariti, unde etiam post desponsationem & nuptias censeatur: sicut exempla muliercularum in ipsa Genealogia Christi ostendunt. Illud enim non tantum per carnalem, quod dicitur, copulam fit: sed & ipsas sponfas Moses nominat & judicat uxores, Deut. XXII. v. 23. Lucas igitur ostendit, Mariam natiuitate seu origine*

Cur Josephi genealog. non supervacanea? *esse ex semine Davidis, Matthæus verò addit, ipsam per desponsationem non transisse in aliam domum vel familiam, desponsatam Josepho, qui & ipse fuit de domo & familia Davidis: ut ita undiq; firmissimè probetur, Christum nostrum esse ex domo & familia Davidis, sive censeatur ex familia Davidis, sive censeatur ex familia matris, ex qua virgine natus est, sive ex illa familia, in quam Maria per desponsationem transiit, censeatur. Hæc B. Chemnitius: Quem ex asse sequitur B. Winckelm. commentar. in Luc. III. consonatq; Osiander in Harm. Divina providentia factum est, quod Lucas scripserit genealogiam virginis, sicut Matthæus scripsit Genealogiam Josephi sponsejus, ut quo te veritas, sive Mariam ex parentibus æstimes, sive ex marito, semper tamen eam cum filio suo in domo & familia Davidis invenias. Sequutus hoc etiam B. Gerhard. ann. in Matth. pag. 67. Matthæus Josephi Lucas Mariæ genus describere voluit, ut sic utraq; persona Joseph putativus Christi parens & Maria ipsius uxor ostenderetur à Davide descendisse, ut ex utraq; genealogia manifestaretur, Christum esse Davidis filium, cum natura, cum conubiorum jure. Nec improbat p. 68. S. Augustini sententiam l. II. de consens. Evangel. c. I. Sufficere, quod Josephus habitus fueris*

AD GENEALOGIAM

fuerit Christi pater, quin & fuisse ipsum Christi patrem, quia fuerit
 Mariæ matris Christi conjux, non quidem permixto corporis nexu,
 sed custodito mentis affectu, non conjunctione corporum, sed quod ca-
 rius est conjunctione animorum. Addit enim. Cum legitimo ma-
 trimonio conjunctus esset Josephus virgini Mariæ, esset & proinde Mariæ
 corpus, corpus illius, quin & ipse cum eâ esset una caro, jure, et si, non
 re (sunt enim conjuges una caro jure, priusquam convenirent, re a-
 post) proles ex Mariæ carne genita ex ejus carne genita merito cense-
 tur. Hæc B. Gerhardus. Adde his, quæ B. Chemnitius sub ini-
 tium cap. III. Harmoniæ suæ habet: Quia mirum videri posset,
 Nazarethanam virginem Josepho fabro Nazarethano desponsatam,
 Matrem Messia fieri, illud igitur prius non tantum asseverandum, sed
 certa ac firma ratione demonstrandum est, quod Lucas breviter dicit,
 Josephum, cui Mariæ desponsata fuerat, de domo Davidis fuisse: &
 quod Gabriel in sua legatione inquit, dabit ei Dominus Deus thro-
 num Davidis Patris ipsius. Et quia Judæi prætendebant, se idè
 Jesum hunc repudiare, quod non ex semine Davidis, sed ex Galilæa
 esset oriundus Iob. VII. 41. Matthæus igitur ostendit, Josephum & Ma-
 riæ, licet paupertas ipsos in Galilæam expulisset, fuisse tamen cer-
 to ac verè ex semine Davidis, juxta promissionem. Hæc iterum
 B. Chemnitius.

§. XXXIII. Quæ sanè solidiora sunt, quam si cum alijs di-
 camus, vel quod communis, et si falsæ opinionis gratiâ, quod
 Christus Iosephi filius creditus fuerit, Matthæus Iosephi genea-
 logiam pertexat, eoq; doceat, etiam si maximè è Iosepho oriun-
 dus esset, fore ipsum nihilominus Davidis filium: vel quod idè
 id factum, quia tum illius seculi hominibus maximè in Galilæa
 notissimum fuerit, Mariam & Josephum contribules esse, imò
 ab eodem avo paterno, nempe *Matthan* descendere, cujus filii
 fuerint *Iacobus, Iosephi, & Heli* Mariæ Pater, unde infallibiliter
 colligere promptum sit, si Ioseph è regiâ Davidis familiâ descen-
 dat, necessariò etiam Mariam ex eâ prosapiâ ortum esse: vel quod
 Matthæus, Ebræis scribens, *Ebræorum regulam & legem* respexe-
 rit de virginibus *Πικλήνης*, quæ duci non potuerint, nisi ab illis,

ANNOTATA

qui ejusdem tribus & familiæ essent, quum ita cognitâ Iosephi tribu & familiâ protinus statuere licuerit de Maria & tribu, & familiâ. Prior enim ratio perquam absurda est, quod S. S. in gratiam *falsæ opinionis* integram genealogiam pertexat, quod non ad profligandam, sed confirmandam eandem potius fecisset.

§. XXXIV. Altera eo decurritur, notissimum tunc, cum Evangelistæ scriberent, fuisse, Iosephum & Mariam ex eâdem familiâ & domo fuisse, quod etsi facile concedatur, ita tamen non ex genealogia Iosephi, sed aliunde genus & familia Mariæ probaretur, nempe ex notitiâ hominum istius seculi, ut rectè monet B. Chemnitius, adeoq; istorum quidem respectu eâ probatione rei notoriæ opus non fuisset, per exhibitionem nempe genealogiæ Iosephi, subsequentiâ verò seculis, quibus ea *συγγένεια* nota non est, ex nudâ genealogiâ Iosephi Mariæ origo è stirpe Davidica demonstrari non posset. Quâ verò in eâdem sententiâ assumitur, unum eundemq; Mariæ & Iosephi avum fuisse paternum, res tanti momenti, de or u Messiæ è tribu Davidicâ, fundamento nimis lubrico, incerto, imò falso superstruitur. Unde enim illa hypothesis de uno avo probabitur solidè, ac firmiter! Et *Matthanem* Matthæi esse *Matthatum* Lucæ non dubium modò, sed apertè falsum est: nam *Matthan* filius *Eleazari*, nepos *Eliudi* fuit; *Matthas* verò fuit filius *Levi*, nepos *Melchi*: Ille à Salomone, hic à Nathane descendit: & utriq; majores sunt distinctissimi.

§. XXXV. Tertia itidem partim lubricæ innicitur hypothesis, nempe, quod *Maria uni a fuerit paternorum pradiorum heres*: hoc enim & incertum est, & cum descriptione paupertatis Mariæ non satis convenit, nec apparet, quomodo *Judeus*, *Celfo Porphyrio*, *Iuliano*, *Fausto Mani* hæc, *Socinianis*, aliis, Christum ratione matris non è tribu Iudâ sed è tribu Levi descendere contententibus ita obviam iri possit, siquidem Iosephus etsi è tribu Iudâ oriundus, è tribu Levi uxorem ducere nullâ lege prohibitus fuerit, & Levit. XXII. 12. sancitum quidem sit, quod *filia*

sacer

AD GENEALOGIAM

Sacerdotis extrà tribum Levi nubens à sanetificatorum esu abstinere debeat, ne autem extrà tribum illum nuberet, neutiquam interdicitum fuerit.

§. XXXVI. Cæterum difficultas non levis adhuc superesse videtur: quo pacto Maria è domo Davidis descenderit, si non è stirpe Regia per Salomonem profapia ejus derivanda, sed è Nathanis familiâ: siquidem Regia illa domus per Salomonem propagata nomen Davidicæ propriè, aut præcipuè obtinuerit. Quod *Calvino* adeò certum fuit, ut asserere non dubitârit, *quisquis Salomonem expungit è Christi genealogia, illum simul promissiones, in quibus agnosci debeat filius Davidis, obliterare ac delere.* Sed quum nusquam ad Solomonis lineam adstringatur Christi profapia, nec factæ Salomoni eæ promissiones sint, quæ *Davidi*, de Messia è lumbis ejus prodituro 2. Sam. VII: 14. Ps. CXXXII. 17. nulla est necessitas originem Messicæ ad Salomoneam lineam restringendi. Quæ enim *Davidi* factæ sunt promissiones, salvæ manent, etiamsi ortus Messicæ à *Nathane* deducatur, siquidem *Nathan* non minus, quam *Salomo* *Davidis* filius fuerit. Unde Patriarcham suum *Calvinum* hic deserunt, & refellunt ipsimet Doctores Reformati, *Franc. Gomarus* imprimis, & *Frid. Spanhemius*, qui posterior in eo fallitur, quod adhuc ad Salomonem, quanquam sub ratione typi promissionem illam 2. Sam. VII, 14. referat. Hæc enim unie è de Christo intelligenda.

§. XXXVII. Adde, quod probabile quibusdam videatur, lineam *Nathanis*, è quâ *Maria* prodiit, cum *Salomonica* per matrimonia copulatam fuisse, ac concurrense, ita ut *Mariæ* *Christi* *paterna* linea descendat quidem à *Nathane*, *materna* verò à *Salomone*: Ita si *Eli* *Mariæ* pater duxit filiam *Matthanis Jacobi* Patris *Iosephi* naturalis sororem, & ex eâ procreavit *Mariam*, avus maternus *Mariæ* erit *Matthan* è lineâ *Salomonica*, qui paternus *Iosephi* avus fuit, quod rectius se habebit, quam si dicatur, *Neri* à *Nathane* oriundum duxisse *Iechonia*, qui è *Salomone* ortus est, *filiam*, & ex eâdem *Salathielem* suscepisse, ut ita *Zorobabel* Ethnarcha ratione *matris* è *Salomone*, ratione *Patris* è *Nathane*

nc or-

ANNOTATA

ne ortum traxerit; è quo Zorobabele per *Abiud Iosephus à Iacobo*, procreatus sit, per *Rhesam* vero alterum filium è *Ioachimo* mater Messia exorta. Quomocunq; verò ille concursus linearum sese habeat: sufficiat, quod *Nathan* æquè filius *Davidis* è *Bathsaba*, fuerit, ac *Salomo*, quodq; Deus à *Salomone ad Nathanem* Messia profapiam quà matris paternam familiam, transtulerit, cujus posterì Ethnarchæ, & duces populi fuere.

De Parei §. XXXIX. *Pareus* equidem, Comment. in Matth. I. ut & *sententiâ. Maldonat. Col. 28. Iechoniam* vult duxisse filiam *Neri*, ex quâ procreavit *Sealthielem*, ut sic *Neri* *Sealthielis* avus maternus, *Iechonia* verò Pater Naturalis fuerit: adeoq; & linea *Salomonis*, & *Nathanis* linea communis *Iosepho* & *Maria* extiterit, ac porrò linea propria, ut *Pareus* explicat *Iosepho* ex *Abiud* filio *Zorobabelis*, *Maria* verò ex *Rhesa* altero *Zorobabelis* filio statui debeat. Sed

An Seal- huic genealogiæ obstant plurima, imprimis quod *Ier. XXI I. 30.*
thiel & Zo- prædictum neminem de filiis *Iechonia* thronum *Davidis* occupa-
robabel è paturum; quomodo ergò *Sealthiel* & *Zorobabel* in throno illo
Iechonia constituuntur, ceu filius & nepos ejusdem? Adde, quod *Maria*
ortu? secundum lineam paternam è *Nathane* ortum trahat, *Lucâ* demonstrante; ac *Neri* *Sealthielis* pater constituatur, non avus maternus in *Lucæ* genealogiâ: Deniq; ita assumitur *Sealthielem* illum, qui *1. Par. III. 17.* ceu primogenitus *Iechonia* introducitur *Zorobabelis* Ethnarchæ patrem fuisse, quum tamen illic *Sealthiel* à *xxv* & relinqvatur, vel potius filii ejus nulli recenseantur, & fratris ejus *Phadaja* filii solum commemorentur, atq; inter hos aliquis *Zorobabelis* nomine vocatus.

§. XL. Cui dubio succurrit quidem *Pareus* hâc ratione, quod *Zorobabel* Ethnarcha nepos fuerit *Sealthielis* ex fratre *Pedajab*, ac filius ejus dicatur tantum legali jure, quia bonis ejus adoptione, vel aliâ legali ratione successit. Sed hæc conciliatio admitti nequit. Nam primò *Mattheus* Evangelista observat seriem generationis, non successionis legalis, ac generasse dicit *Sealthielem* *Zorobabelem*, non verò adoptasse, aut aliâ quadam ratione hæredem ac successorem habuisse: *Pedajam* adeò planè præterit in hac
linea

AD GENEALOGIAM

lineâ genealogicâ. Adhæc *secundò* nuspiam *Zorobabel* *Ethnar-*
cha filius *Pedajab* dicitur, semper ubi Dux ille populi designatur,
 filius *Sealthielis* nuncupatur. Quomodo vero Spiritus S. ipsum
 describeret solùm à *Patre legali*, neglecto ejusdem *Patre naturali*?
 Tertiò *Zorobabel* ille, qui fuit *naturâ*, l. *generatione* Regis *Jechoniæ*
 filii filius, ac avum *Jechoniam*, Patrem verò *Jechoniæ* naturalem
 filium *Pedaja* habuit, vi *Prophetiæ & edicti Domini Jer. XXII. 30.*
 non potuit hæres esse throni *Davidici*, aut Dux populi: sic enim
 habebat sententia divina: *Scribite virum istum orbem, non enim*
prosperè ager de semine ejus Vir sedens super solium Davidis, & qui
dominetur, ultrà in Juda: unde nec *Sealthiel* *Jechoniæ* filius 1.
Paralip. III. 17. nec quisquam alius ex filiis, aut filiorum filiis
 ad dominium in *Juda* admitti potest, salvâ veritate edicti
 divini.

XLI. *Chemnitius* ergò noster *ò managis* meritò statuit
 diversos *Salathieles & Zorababeles*, alios nempe in lineâ *Salomonis*
 apud *Matthæum*, alios in lineâ *Nathanis* apud *Lucam*: quærit v.
 in libro *Chronicorum* priori *Cap. III. 19: seqq.* anè aliqua nomi-
 na in stirpe *Zorobabelis* inveniantur recensio*ni* *Lucæ* conveni-
 entia? Et videntur ei convenire hæc nomina: *Nepos*, inquit, *Zo-*
robabelis, qui vocatur *Johanna* *Luc. III. 27.* is appellatur *Hanania*
I. Par. III. 19. & hujus pronepos *Semei* *Luc. III. 26.* convenire vide-
 tur *Semeja* *I. Par. III. 22.* sicut & *Johannam* qui ultimus ferme est,
I. Par. III. 24. convenire videtur cum *Janna*, qui *Luc. III. 24.* quino-
 tus est ab *Heli*. Sed quum manifestum sit in prædicto *Chronico-*
rum loco *Zorobabelem* è lineâ *Salomonis* referri, ejusq; nepotem
Hananiam ac hujus pronepotem *Semaja*, & è filiis *Elionai* *Johan-*
nam, non ergò apparet, quomodo illi ad *Zorababelis* à *Natha-*
ne descendentes posteros referri queant.

Anne 1.
 Chron. III.
 19. seqq. de
 aliqua per-
 sone à Lu-
 ca adductæ
 in stirpe
 Zorobabe-
 lis?

§. XLII. Addimus tamen conjecturam *Theologi summi* *An apud*
 è *Josepho* l. XII. c. IV. & V. forte non infelicè. scribit ille, inquit, *Josephum?*
tempore Ptolomæi Evergetis & Eupatoris, Josephum (cujus nomen
 planè ita in *Luca* ponitur) fuisse illustrem Ducem *Judæ*. & ejus fi-
 lium *Hircanum*, cui *Johannis* nomen impositum fuit, in *Ducatu* suc-
 cesse-

ANNOTATA

cessorem fuisse, qui cum metu Antiochi Epiphanis manum sibi intru-
 lisset, principatum familiae suae finivit. & ultimus Dux ex tribu Juda &
 domo Davidis fuit. Machabei enim postea dominationem ad se tra-
 xerunt. Johannem vulgo tunc Jannam dictum indicio est Alexander
 dictus Janneus. Janna igitur Luc. III. 24. est Iohannes ille Hyrcanus
 apud Iosephum. Et 2. Mach. III. v. 11. thesauri in templo Hiero-
 solymitano depositi scribuntur, Hyrcano ἀνδρὶ: σφόδρα ἐν ὑπεροχῇ
 νεμῆν, quae Ducis seu Principis descriptio esse videtur. Haec
 B. Chemnitii nostri observatio probabilitate non videtur
 carere.

De mutat.
 Reip. Ju-
 daic. post
 reditum e
 Babyl.
 Chemnitio

§. XLIIII. Sed imprimis notanda mutatio Reipubl. Iudaicae,
 quam ex Ezech. XXI. 26. deducit: quod illa scil. post reditum ex
 Babylone, non sceptro & corona, id est, regiâ potestate, sed ci-
 dari, hoc est, ducis seu Principis titulo, à domo Davidis admini-
 stranda esset. Nam & Sedechias ibi non rex, sed dux, seu Prin-
 ceptus appellatur. Et in illis verbis, ubi propheta dicit: *sublimem
 dejice, humilem exalta*: praedicat translationem gubernationis à
 stirpe Salomonis, quae sceptro & coronâ haecenus sublimis fuerat,
 ut posthac ne cidari quidem, hoc est, ducali dignitate insignis fu-
 zura sit, & ad Nathanis stirpem, quae haecenus humilis & privata
 fuerat, gubernationem transferendam. Sublato igitur sceptro
 & coronâ à regiâ Salomonis linea, nihilominus tamen de fructu
 ventris Davidis, licet ex alia linea, in cidari sedet stirps Natha-
 nis super solium Davidis. Addit autem Propheta fore, ut post
 coronam seu regiam dignitatem, à Salomonis posteritate subla-
 tam, etiam cidaris seu ducalis potestas seu dignitas, à stirpe al-
 tera Nathanis auferatur, & tradatur, tum cidaris, tum corona ejus
 ei, cujus est iudicium, hoc est, cui, juxta promissionem semini
 Davidis factam debetur. Vaticinatur ergo Cidarim & coronam
 sub finem cessuram ad tempus aliis, qui non sint de domo & fa-
 milia Davidis. Et ter repetit, *obliquam, obliquam, obliquam penam
 cidarim & coronam*. Nam post ultimum ducem Jannam, qui
 de domo Davidis fuit, PRIMUM Machabei, qui fuerunt de do-
 mo Aaronis primae sortis I. Par. VI. 50. & I. Macc. II. 54. cidarim,
 hoc

AD GENEALOGIAM

hoc est, potestatem ducum ad se transtulerunt. SECUNDO *Sacerdotes* illis succedentes non contenti Ducum titulo & dignitate ex privata ambitione, imposita corona, regiam sibi potestatem vendicarunt. TERTIO ad *Herodum familiam* Idumæorum translata fuit primò *Cidaris*, tutorio nomine ad Antipatrum; deinde *corona*, regio titulo, ad *Herodem*. Hæc tres mutationes Propheta insinuavit, primâ illa repetitione *obliquam, obliquam, obliquam* ponam, cidarim scil. & coronam. Semper autem addit Propheta; *Hæc, non hæc*, quia contrâ promissionem, domui Davidis factam, imperium illi invaserunt, & tyrannicè administrarunt. Ac futuras illas mutationes circâ id tempus, quando adventurus erat promissus Messias, Propheta indicat, cum inquit, *donec is veniat, cui jure debetur, cidaris scil. & corona: & huic tradam eam*. Hæc pulcherrimè conveniunt ad historias, & ad illud, quod, Gabriel dicit de Christo; *Dabitei Dominus Deus sedem patris sui Davidis, & regnabit super domum Jacob &c.* Non igitur vel casu vel contra Prophetarum vaticinia factum fuit, quod aliquot annis ante nativitatem Christi, & regnum & Ducatus in domo Davidis, imò in ipsa Messia linea cessavit. Nam *Amos IX. 11.* citante *Iacobo Act. XV. 15.* scriptum est: *Tabernaculum Davidis tempore* venientis Messia non tantum interruptum, sed *collapsum fore*. Et *stirps illa Davidis*, quando surculus benedictus inde proditurus erat, debeat stare, non quasi Davidis esset dignitate & potentia florens tanquam *cedrus excelsa*, *Ezech. XVII. 22.* sed ut *stirps Jesse Isa. XI. 1.* *obscura, ignobilis, & privata*, unde non judicarentur *fabricari posse sceptrum dominantium Ex. XIX. 14.* atque inde factum fuit, quod *Ianna posteritas privata, in Galileam detrusa fuit*. Nam & *Hircanus Alexandrum Iannæum* filium suum, ad quem volebat regnum devenire, iussit *privatum in Galileâ educari*. Hæc omnia B. Chemnitius, quæ propriis ejus verbis etsi paulò prolixioribus repetere placuit, quod ad *illustrationem genealogia* utriusq; omninò faciant.

§. XLIV. Redeundum autem nobis ad Grotium: Qui jam nonnulla è Græciâ, sed non nominato loco, vel autore ad-



ANNOTATA

Grot. *no.* voluit: foliqve famæ incerto autore sparsæ hic innititur. Et alia, *sentia de* inquit, fama Græcis scriptoribus memorata, Maria Patrem dictum Progenito Iehojakimum, & Patrem Pantherem, Pantheri Patrem Barpantherib. Maria therem, Barpantheri Levim Melchi filium, quod non est temere improbandum. Nostrum non est divinare, unde hæc commenta habeat. Damascenum postea laudavit: sed non consonant ista Damasceni relationi, etsi hæc etiam fabulosa sit, & à nemine facile recepta. Hic n. in serie Nathanis è Levi Melchi deducit, & Panthera ceu fratres. Panther, inquit, porrò genuit Barpanthera, sic ab eo denominatum. Hic Barpanther genuit Iojakim, Iojakim vero genuit sanctam Dei parvam Quæ repetit Nicetam in catena Græcor. Patrum in Matth. At Grotium si audias Melchi è Iannâ descendit, & è Melchi Panther, vel Iacobus, ut & Eli, ac Levi. E Levi verò Barpanthera non verò è Jacobo, vel Panthere; E Barpanthere alium Panthera deducit: & ab hoc Iojakimum. Unde ergò hæc somnia, quæ cum commentis Damasceni nullatenus consonant, habeat Grotius, viderint qui ei temerè annuunt.

§. XLV. Quis porrò fidem faciet, prout par est, Maria Patrem fuisse Iojakim, diversum ab Eli? Quod etsi à nonnullis asseratur, in S. literis fundamentum nullum habet. Et annon potius statuendum, Iojakim illum, qui Eliakim etiam dicitur secundum Grotium, esse ipsummet Eli, quod contractum ex illo nomen facit B. Chemnitius! Quo pacto etiam Galatinus l. VII. de arcan. Cathol. verit. c. XII. Eli censet fuisse ipsum Iehojakim eaque nomina Iehojakim, Eli, & Eliakim eadem fuisse è Philone docet. Imò etiam autoritate Rabbiorum, maximè R. Hakkadosch probat, Mariæ Patrem & Eli & Iehojakim dictum esse. Inquam sententiam hoc allegat Iac. Capellus l. c. è Gale Razeja; Heli idem est, quod Iojakimus. Et è 2. Reg. XXIII. 34. 2. Par. XXXVI. 4. liquet, eadem esse nomina Iehojakim & Eliakim: è quo posteriori facile oriri potuit nomen Eli, vulgo brevius id ipsum ita pronunciant. Osander in Paraph. & B. Gerbard. annot. in Matth. p. 57. observant, quod nomina Eli & Iehojakim convenient. Siquidem Iehojakim significet Erigendum, Eli sublimem. Similiter pro iisdem nomi-

nomi-

AD GENEALOGIAM

nomini- bus hæc *Ioachim, Eliakim, & Eli* habet *B. Luth.* tract. de Schem. Hamph. cujus locum supra adduximus. Atque in eo pluri- mi consentiunt, eundem esse *Eli, & Ioachim* Mariæ Patrem: quemadmodum de *matre* Deiparæ virginis pleriq; cum *Epiph. Hæres. LXXIX, Contra Colyridian & Damascen. l. IV. de Orth. fid. c. 15.* nec non *Nicephoro l. II. Hist. Eccl. c. 3.* & quem is alle- gat, *Hippolyto Martyre Annam* fuisse statuunt, *Ioachimi* Con- jugem: etsi nonnulli eam è tribu *Levi* deducant, etiam *B. Luth.* l. c. sed *ἱεροκλασικῶς* solum, quia, ut *Christus & Rex & sacerdos* esse debuit, *Paterna* Mariæ *Regia, materna Sacerdotalis* fuerit familia: *An Mariæ* quæ verò potius & *maternæ, & paternæ* familiæ respectu dedu- cenda videtur è tribu *Regiâ Davidica*, quum *Christus* non se- cundum ordinem *Leviticum*, sed secundum ordinem *Melchisedech* linea è tri- bus *Levi* sit? Pontifex designatus, & *ἱεροκλασικῶς*, sit quod ex *Iudâ* ortus sit *Domi- nus Ebr. VII. 14.* quemadmodum *Damascen, orat. II. de Nativ. Mar. ad S. Annam* dixit, *quàm beata domus David, de qua pro- duxi!* de quo *Conf. quæ th. XXXVII. diximus.* Adstipulatur *Job. Maldonatus* comment. in *Matth: c. I. Col. 26. Non constat Christum ex tribu Levi Sacerdotalis aliquid generis habuisse; quin viri nonnulli insigniter docti, atq; Catholici id nostro tempore preci- sè negarunt, quod D. etiam Paulus toto septimo capite Epistole ad Ebræos negare videtur.* Ubi respondet etiam *Maldonatus* ad ob- jectionem de *συγγενεῖα* *B. virginis cum Elisabethâ*, quæ ex gene- re *Aaron* erat *Luc. I. 5. 36.* quod ea faciliè salvetur, si *Pater, aut veia cum avus aliquis Elisabethæ ex tribu Levi aliquando uxorem duxit Elisabeth. Luc. I. 5. 36.* etiam responsio multorum aliorum est, dubioq; satisfacit. Nam ut cognatio illa constet, non opus est, *Mariam* è tribu *Levi* de- scendere, sufficit, si *Elisabethæ* progenitorum aliquis è *Davidis* familiâ uxorem habuerit. Ita *B. Gerhard. noster* respondet an- not. ad *Matth. p. 20. Levitam quendam, cui per legem in quam- vis tribum adnubere licebat (eò quod inter duodecim tribus non nu- merarentur ac sortem terræ propriam nullam haberent, ideoq; nul- lam confusionem possessionum adnubendo inducerent) duxisse quan- dam*

ANNOTATA

dam ex majoribus Elisabethæ è tribu Juda oriundam, quomodo Elisabetha & cognata Maria & filia Aaronis esse potuerit. Similiter Cloppenburg. in Gangr. Anabapt. disp. IX. th. 15. Spanhem. in dub. Evangel. part. 1. p. 71.

§. XLVI. Missis itaq; incertis, Apocryphis, falsisq; traditionibus magis consentaneum videtur certæ, Canonice minimèq; dubiæ Matthæi, & Lucæ genealogiæ, si dicatur, Eli, vel Jojakim Patrem Mariæ naturalem, è lineâ Nathanis oriundum, quam sine interruptione pertexit Lucas, duxisse conjugem è lineâ Salomoneâ, à Matthæo exhibitâ, *Matbanis* filiam *Annæ*, quod nomen matri *Ἰεσοῦ* communiter tribuitur, *sororem Jacobi*, Patris Josephi: Hâc enim ratione *maternus* Deiparæ avus erit *Matban*, idemq; avus *paternus* erit *Josephi*, secundum naturam, nec opus erit confusione *naturalis* generationis, & *legalis*, quæ meram confusionem tricasq; inexplicabiles infert, & descendet **MARIA**, ratione *paternæ* familiæ è *Nathane*, ratione verò familiæ *maternæ* è *Salomone*, nec quisquam in lineâ seu *Matthæi*, seu *Lucæ* frustra commemoratus erit, aut respectum aliquem *merè legalem* obtinebit: manebitq; illud B. Lutheri assertum T. IIX. Jen. Germ. fol. 26. *Daß beyde Evangelisten eitel Davids Kinder einführen/ und bleiben beyde im Hause David/ zehlen keine Rör-Kinder/ oder frembd Geblüths. Sed exhibendus tandem est.*

SCHEMATISMUS GENEALOGIÆ CHRISTI, SECUNDUM UTRUMQUE EVANGELISTAM.

MATTHÆI.

UTRIUSQUE

LUCÆ.

Priores *Novendecim Patriarchæ*, ante diluvium, & post illud, usq; ad **ABRAHAMUM**, ad cuius familiam primum illustri ratione restricta est *prosapia* Messiæ, prætermitti à *Matthæo*, à *Lucâ* petendi.

1. ADAM
2. SETH
3. ENOS.
4. CAINAN.
5. MALALEEL.
6. JARED.
7. ENOCH.
8. MATHUSALA.
9. LA.

AD GENEALOGIAM

PRIMA
MATTHÆI
TESSERADECAS.

Cujus personas omnes recenset etiam S. Lucas, usque ad DAVIDEM, è cuius lumbis prodire debuit Messias.

1. ABRAHAM
2. ISAAC.
3. JACOB.
4. JUDA.
5. PHARES.
6. ESROM.
7. ARAM.

SECUNDA
MATTHÆI

TESSERADECAS.

Hujus personas nullas S. Lucas refert, sed planè diversas commemorat.

1. SALOMON
2. ROBOAM.
3. ABIA.
4. ASA
5. JOSAPHAT
6. IORAM.
Achazia
Ioas
Amasia

SALOMONEA LINEA REGIA secundum ordinem naturalem generationum, sed uti fert *Tesseradecados* alterius ratio, deducta usque ad tempora captivitatis Babylonicae.

9. LAMECH.
10. NOE.
11. SEM.
12. ARPHAXAD.
13. SALA
14. EBER.
15. PHALEK
16. REGU.
17. SARUCH.
18. NACHUR
19. THARA.

- 20.
- 21.
- 22.
- 23.
- 24.
- 25.
- 26.
- 27.
- 28.
- 29.
- 30.
- 31.
- 32.
- 33.

34. NATHAN.
35. MATTATHA
36. MAINAN.
37. MELEA.
38. ELIAKIM.
39. JONAN.

NATHANIS alterius filii Davidis linea. Peroniarum rivatarum usque ad Zoroba-

7. OZI. belem.

GENEALOGIA CHRISTI.

UTRIUSQUE.

LUCÆ.

MATTHÆI.

- 7. OZIAS.
- 8. JOTHAM.
- 9. ACHAZ.
- 10. EZECHIAS
- 11. MANASSES
- 12. AMON.
- 13. JOSIAS.
- 14. JECHONI-

AS (prior)

TERTIA

MATTHÆI

TESSERADECAS

Usq; ad CHRISTUM.

quæ itidē alias per-

sonas à stemmate

Lucæ diversas com-

plectitur.

SALOMONÆ LINEÆ

continuatio post me

τοῖς ἐσθλας Babylonicā.

Per privatas personas,

si Iechoniā excipias,

qui v. 3. menses solum

regnavit.

- 1. JECHONI-
- AS (posterior)
- 2. SALATHIEL
- 3. ZOROBABEL
- 4. ABIUD.
- 5. ELIAKIM.
- 6. AZOR.
- 7. SADOC.
- 8. ACHIM.
- 9. ELIUD.

40. JOSEPH.

41. JUDA.

42. SIMEON.

43. LEVI.

44. MATTATH.

45. JORIM.

46. ELIEZER.

47. JOSE.

48. ER.

49. ELMODAM.

50. KOSAM.

51. ADDI.

52. MELCHI.

53. NERI.

54. SALATHIEL

55. ZOROBABEL.

56. RESA.

57. JOANNA.

58. JUDA

59. JOSEPH

60. SEMEI.

61. MATATHIAS.

62. MAATH.

63. NAGGA.

64. ESLI.

65. NAUM.

66. AMOS.

67. MATATHIAS

68. JOSEPH.

69. IANNA.

70. MELCHI.

NATHA-

nis Linea

ducalis

post Baby-

lonicę ca-

ptivitatis;

solutio-

nē: in ex-

tremis tn.

generati-

onibus ad

privatum

& abjectū

statum re-

ducta.

10. E-

AD GENEALOGIAM
UTRIUSQUE.

MATTHÆI.


10. ELEAZAR
11. MATTHAN.
12. IACOB.
13. JOSEPH

LUCÆ.

71. LEVI.
72. MATTHAT.
73. ELI
74. MARIA

14. CHRISTUS JESUS.

SCHEMA γενεαλογίας proximæ
στοχαστικῶς exhibitam.



V. 24. τῶ ἡλὶ, τῶ μελχί.

Sic in antiquis exemplaribus fuisse, persuadeor argumentis, quæ à viro veri amante, eoque, & aliis nominibus mihi amicissimo Iohanne Cordesio duabus dissertationibus allata sunt. Nam Irenæus disertè docet suo tempore tantum LXXII. extitisse γενεὰς in Lucâ, eumque numerum eis signis exprimit, ut de lectiōnis veritate dubitari non possit. Ad eum vero numerum res reduci non potest, nisi & Matthat, & Levi hoc loco omittantur, & infra Cainan. Africanus verò non minus apertè citat Lucæ verba his duobus nominibus hoc loco omisis, & clarè significat ipsi Eli patrem àύσσου fuisse Melchim, quem & Eusebius sequitur: & in hexametro carmine de Genealogia Nazianzenus: & ad Matthaum Hieronymus, & alicubi Augustinus. Putem causam additi nominis Matthat fuisse quòd id alterum esset nomen Melchis: nam id à Damasceno aliisque, quibusdam ex fama, aut libris amisissis proditum est. Levi autem nomen itidem perperam insertum putem ab iis qui audissent, ipsi Melchi filium fuisse Levin, quod nomen forte pro Eli substituendum putarunt, cū tamen is Levi non ad Iosephum, cuius hîc genus traditur, sed ad Mariam pertineret, ad quam stemma non perducitur. Nec indignum notatu,

Textus
Grotij.

G

nomi-

ANNOTATA

nomina fere omnia Nathanis posterum spem in se ferre regni, quod Davidis posteritati promissum fuerat.

Elenchus. §. I. Grotius prætermittis illis $\tau\bar{\sigma}$ Ματθαῖ, $\tau\bar{\sigma}$ Λευι, legendum censet, $\tau\bar{\sigma}$ Ηλι, $\tau\bar{\sigma}$ μελχι, neque dubitat in antiquis exemplaribus ita extitisse, sed nullum Codicem, qui huic suæ lectioni fidem faciat, producere potuit. Ideoq; vana meritò ac temeraria habetur ejus suspicio. Ad Iohannis Cordesi duas Dissertationes, quibus argumenta hujus sententiæ adducta, provocat. Quem Lemovicensem presbyterum & Canonicum inter moderatores in religione Epigrammate peculiari honoratos celebravit, quod ejus cura factum, quod *Cassandri veracia scripta terantur*, atque ideò sine dubio hic eo ornavit elogio, quod *vir fuerit veri amans, eoque nomine sibi amicissimus*. Sed quantum veritatis *Cassandri* scripta contineant, imò quantum damni syncretistica ejus Consilia orbi Christiano attulerint, magno malo Ecclesia experta est hætenus, quæ, ut potuit, provehere conatus est Grotius, & eidem suppar Calixtus.

Testimo. §. II. Quænam verò argumenta tam stringentia adferri potuerunt adversus constantem codicum Græcorum & aliorum consensum? Primum Irenæum adducit, quod is disertè doceat, sua juro illi tempore tantum LXXII. extitisse γενεαὶς in Luca, eumq; numerum lis expun- eis signis exprimat; ut de lectionis veritate dubitari non possit, ad eum gendis di- verò numerum res reduci nequeat, nisi & Matthæ & Levi hoc loco scutiuntur omittantur, & infra Cainan. De Cainan nobis dubium nullum est, sed cur omitti debeat Matthæ & Levi, causa non est, nam ita deficeret numerus LXXII. generationum, qui, uti è Schematismo appposito videre est, sibi quàm rectissimè constat. Extremos enim primum & ultimum, Adamum & Christum non computavit. Quia Seth primâ generatione editus, Eli à Matthæ septuagesima secunda generatione procreatus fuit. Ad Eli autem tantum generationes naturales procedunt apud Lucam. cujus filius non fuit Josephus nisi eâ ratione, uti generi filii dicuntur. Unde Irenæi autoritas Grotio directè adversatur, veritati autem lectionis receptæ omninò patrocinatur, imprimis, quia LXXII. genera-

Irenæi.

genera-

AD GENEALOGIAM

generationes Ireneus ita assignat, ut nec plures nec pauciores ipsum admisisse, palam constet. Nam pro numero lingvarum, quas LXXII. esse, per orbem credebatur, generationes etiam LXXII. computavit. Locus est l. III. c. XXXIII. *Propter hoc Lucas genealogiam, quae est à generatione Domini nostri usq; ad Adam LXXII. generationes habere ostendit, finem conjungens initio, & significans, quoniam ipse, qui omnes gentes exinde ab Adam dispersas, & universas lingvas, & generationem hominum cum ipso Adam in semetipso recapitulatus est.*

§. III. Deinde *Africanum*, & *Eusebium* laudat, quod *Lucæ* verba citent, hisce duobus nominibus omissis, quos *Nazian. Africani. Zenus* in carmine, *Hieronymus* ad *Matthæum*, & *Augustinus* alicubi secuti sint. Sed quantum *Africano* tribuerit *Grotius*, proximè adducta docere possunt. Et cur non potius in *Patribus*, quàm in *S. Codd.* iisq; authenticis error statuendus, quum corruptionem universalem admittere divinæ Providentiæ adversum sit? Annon contingere potuit, ut *Africanus* mutilo vel manco *Evangelii* codice uteretur, in quo duo defuerint nomina, aut ut neglectâ inspectione *Evangelistæ* traditioni alicui fidem haberet? Quod sæpè antiquis accidit. *Africanus* certè si fidem mereatur in illâ ad *Aristidem* relatione, quam *Eusebius* l. 1. *Histor. Eccl.* c. IIX. adduxit, *Jacobi Pater naturalis* fuerit *Matthan*, quem verò *Grotius sine liberis mortuum esse* affirmat: ac porrò *Josephi pater naturâ* fuerit *Jacobus*, quem verò *Grotius Eli filium naturalem* fuisse contendit, deniq; *Jacobum fratrem Eli naturâ* facit, ex eodem Patre eademq; matre, *Grotius*: quos tamen *Africanus* ex diverso genere, quantum ad Patres, deducit, & solum ὁμογενεῖς constituit.

§. IV. *Eusebius* verò *Africanis* sententiam non probat pleno suffragio, sed historicè solum recenset: Illam profectò duarum generationum, nimirum *Matthæi* & *Levi* omissionem nullo verbulo approbavit *Eusebius*.

§. V. *Augustinus* verò quamvis *Africanum* l. II. *Retract. c. Augustini* §. laudet, generationum numerum in *Lucâ* non imminuit, sed an-

ANNOTATA

xit potius, quia LXXVII. generationes numeravit *serm. XV. de Verb. Dom. secundum Matth. & l. II. Quæst. Evang. c. V. à Christo ad David quadraginta tres generationes apud Lucam recenseri docet, quo numero comprehendi Mathat & Levi, palàm est.*

**Hierony-
mi.** §. VI. Neq; ex *Hieronymo* quicquam pro omittendis illis duabus generationibus exculpi potest, qui solum notat, *Africanum temporum scriptorem & Eusebium Casariensem libris Νεϕωνίας Ευαγγελίων* plenius de eo disputasse, quomodo *Matthæus Josephum filium dixerit Jacobi, & Lucas filium Eli.*

**Nazian-
zeni.** §. VII. Deniq; *Nazianzenus* etsi in carmine de genealogia Christi *Matthæum cum Luca* ad eundem modum conciliarit, ut ab *Africano* acceperat, non tamen in recensione Genealogias Christi secundum *Lucam* ibidem subjunctâ prætermisit duas illas generationes, quas omittendas censet *Grotius*, sed easdem retinuit: sic enim habet: *Μελχι και λευι, και Μαθταν, η λει, Ιωσηφ.* Quomodo ergò *Nazianzeni* autoritati inniti potuit *Grotius*?

§. VIII. Hæc ergo fuere testimonia omnia, quæ à *Cordesio* suo mutuò petiit *Grotius* adversus constantem S. Codicum fidem producta, quibus verò à *Cordesio* ne *Possinus* quidem, Jesuita permoveri potuit, quin in *Diallact. p. 533.* contra profiteretur, *precipitis exempli esse Criticas manus inferre S. literis, mendiq; damnare atq; obelo figere receptas in illa vulgatâ lectione voces aut sententias.* Cætera quæ attexit *Grotius*, meræ divinationes sunt. **Præ-
nes Grotij.** *tem, inquit, causam additi nominis Matthæi fuisse, quod id alterum esset nomen Melchis: nam id à Damasceno, aliisq; quibusdam ex fama aut libris amissis proditum est. In Damasceno dicitur quidam Melchi fuisse filius Levi frater Pantheris, & nupsisse uxori Matthæi, qui erat ex serie Salomonis, matri Jacob, & ex eâ Heli genuisse, ut fratres uterini fuerint Jacob & Heli, Jacob ex tribu Salomonis, Heli verò ex tribu Natthan. Sed illa non minus à Grotianâ sententiâ, quam à Genealogiâ Lucæ discrepant. Nam juxta Grotium Mat-
Damasc. & than sine liberis mortuus est: juxta Damascenum verò Mat-
Grot. sen. than genuit Jacobum: juxta Grotium Melchi pater naturalis Jacobi fuit, Matthanis filius legalis: juxta Damascenum verò fertur. non Jacobi, sed Heli pater naturalis fuit. Juxta Grotium Jacob, & Eli,*

AD GENEALOGIAM

Eli, & Levi fratres natura fuere, filii Melchi ex *Esthâ* : juxta *Damascenum* verò Melchi non fuit *Levi Pater*, sed *filius* : *Jacob* verò & *Eli* fratres solùm *uterini* fuere. Non ergò ad *Damascenum* hîc provocare potest *Grotius*.

§. IX. Porro quod *Eli* frater *Levi* sit, annon vana & merè *An Eli fra-* precaria est hypothesis? De quâ profectò nullum ex antiquitate *ter Levi* testimonium aut indicium proferre potuit ; ac ne ex *Africano* fuerit? quidem. Et quomodo ex *Levi Bar-Panther* deduci potest, quum non *Levi*, sed frater ejus, quem assignat *Grotius*, *Jacob Panther* secundum ipsum dictus sit? *Bar-panther* autem sit *filius Pantheris*? Insuper quò documento solido demonstrabitur *Pantherem* alium à *Bar-Panthere* procreatum, & ab hoc *Panthere* secundo *Jehojakimum*, *Mariæ* Patrem, ortum trahere, ut duos hosce tam confidenter inferere *Mariæ* generationi ausus fuerit? Sed hæc nãnias antea jam discussimus.

§. X. Id verò prompti acceptamus, quod fatetur *Grotius*, *Levin* non ad *Josephum*, sed ad *Mariam* pertinere. Quum ergò *Cõfess. Gro* à *Lucâ* *Levi* commemoratus in genealogiâ sit, idq; *omnium codi. tñ*, *Levin* cum consensu, quid certius, quàm quod à *Lucâ* non *Josephi*, sed non ad *Jo-* *Mariæ* genealogia pertexatur? *sepsed ad*

§. XI. Deniq; si *Grotiana* obtineat sententia, à *Melchi & Mariam* *Josephum & Mariam naturali serie* generationis descendere, *fili-* *umq;* *Melchi* naturalem tum *Patrem Josephi*, quem *Eli* facit, fuisse, tum *Levi abavum*, uti putat, *Mariæ*, ecquid opus fuisset genealogiâ à *Matthæo* traditâ, & per lineam *Solomonis* deductâ? Quum *Melchi* ille, à quo descendit *Josephus* pariter ac *Maria*, non è *Salomonis*, sed *Nathanis* familiâ ortum traxerit, annon istâ distinctâ stemmatis *Salomonei* recensione *Matthæus* originem *Christi* describens, rectius supersedere potuisset? Quam tot, ac tantis difficultatibus causam præhibuisse, constat.

§. XII.. Atq; hæc de Genealogiâ *CHRISTI* secundum *Lucam*, quam uti è *tabulis publicæ* ejus tempore constitisse, agnoscit *Grotius*, ita *inspiratone divina* à *Lucâ*, *SS. amanuensi*, consignatam

ANNOTATA AD GENEAL. CHRISTI.

esse negandum non est, quum omnia in Scripturâ sint θεόπνευστα.
 2. Tim. III. 16. Fuit sanè istâ conversationis Christi in terris, &
 εὐαγγελιογραφίας ætate res adeò certa, ut à nemine, nec infen-
 sissimis Christi & Apostolorum hostibus, Pontificibus, Scribis aut
 Phariseis, unquam in dubium vocata sit: Christus ab omnibus
 celebrabatur filius David, talè habebant & prædicabant ipsum cæ-
 ci, & claudi, ac mendici omnes, & universus populus Matth. IX. 28.
 c. XII. 23. 48. c. XV. 22. talis proclamabatur voce publica in sole-
 mni in urbem ingressu Matth. XXI. 9. nec accusatores ejus vel
 apud præsidem vel apud populum quæstionem de familiâ ei mo-
 verunt, quod profectò non intermisissent, nisi liquidò consti-
 tisset, Christum è genere Davidis esse; unde id προδηλον liquidum
 & manifestum apud Ebraeos fuisse, testatus est Apostolus Ebr.
 VII. 14. ὅτι ἐξ Ἰσραὴλ ἀνατέταλκεν ὁ κύριος ἡμῶν & κυρία δό-
 ξα erat secundum ἐπαγγελίαν pariter & secundum εὐαγγέλιον
 Christum esse ἐκ σπέρματος θεοῦ Δαβὶδ κατὰ σάρκα Rom. I. 3. 2.
 Tim. II. 8. quod utiq; de matre ipsius intelligendum, quum se-
 cundum carnem ἀπάτωρ sit. Quod fidei axioma peius ever-
 tunt, qui matrem Christi è Davidis familia ortum esse pernegant:
 facile autem dubium reddunt, qui legali solum respectu contenti
 genealogiam ipsius θεολόγως ex Evangelio eliminant, eamq;
 cum fructu ventris ejus, ob quem præcipue spiritus γε-
 νεαλογεῖν amat, in sacris literis ἀγενεαλόγητον
 faciunt.

CHRISTO IESU θεανθρώπῳ, DEI & DAVIDIS FILIO
 sit gloria in sempiterna secula!




05 A 2478


ULB Halle 3
003 792 145



1077







7. N. 7.
ANNOTATIONES ANTI-GROTIANÆ
AD
GENEALOG.

GIAM CHRISTI,
SECUNDUM LUCAM:

In Illustri Electorali Saxonica,

Quæ Wittebergæ est,
PRÆSIDE

*VIRO Summè Reverendo, Magnifico, Amplissimo ac
Excellentissimo,*

DN. ABRAHAM CALOVIO,
S.S. Theol. Doctore, ejusdemq; Prof. Publ. Primario fa-
migeratissimo, Ecclesiæ Wittenbergensis Pastore, Circuli Electora-
lis Saxon. Superintendente Generali vigilantissimo, atq; Synedrii Ec-
clesiastici Adessore gravissimo,

DN. Patrono suo Parentis ad instar atatem venerando,
Publico Eruditorum examini sistuntur Disputatione publicâ

M. JACOBO Kösern/ Elector. Alumno,
Colleg. Phil. Adjuncto, Gymnasij Epperientis in Su-
periori Hungaria Historiarum ac Eloquentiæ
Profess. Ordinario Vocato.

In Auditorio Majori, Ad D. Novembris Anni 165070veias e1o Ibc LXVIII.

WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS BORCKARDI, Acad. Typogr.